De aegritudinibus infantium tractatus admodum salutifer / De eadem tractatione appendicula, priore haud minus frugifera, per D. Georgium Khufnerum Juniorum exarata. Accedit etiam oratiuncula, in celebri literatissimorum virorum confessu Ingolstadii, per eundem jamjam citatum authorem publice habita. Omnia denuo summa cum diligentia castigata.

Contributors

Vittori, Lionello de', 1450-1520.
Küfner, Georg.

Publication/Creation

Venetiis : Ex Officina Erasmiana, Vincentii Valgrisii & Balthesaris Constantini, 1557.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/syzq8jrs

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


DE
MORBIS
PUERORUM
M. LEONELLI
557

II 1.

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

VICTORIUS FAVENTINUS,
Leonellus

65903/A

M. LEONELLI FAVENTINI DE VICTORIIS,

Famosissimi quondam apud Felsinenses Ordinarij Practici, de ægritudinibus Infantium Tractatus admodum salutifer.

69

De eadem tractatione Appendicula, priore haud minus frugifera, per D. Georgium Khufnerum Iuniorem exarata.

Accedit etiam Oratiuncula, in celebri literatissimorum Virorum consessu Ingolstadij, per eundem iamiam citatum Authorem publice habita.

Omnia denuo summa cum diligentia castigata.

Venetijs ex Officina Erasmiana, Vincentij Valgrisij, & Balthesaris Constantini ad Signum diui Georgij.

M D L V I I.

Sus fmi
Abstine

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787

AD CANDIDVM Lectorem Sebastianus Solidus.

Si varias morbi caussas, speciesq; malorum,
Quæris, & his notis pharmaca ferre malis.
Præcipuè teneræ prosint quo tempore pubi:
Mollis vt est ætas, sic quoque molle cupit.
Ergo legas Khufner quos dat tibi laude libellos
Hic Iunior, Patris non tamen arte minor.
Si tales in Vere potest producere fructus,
Quantus in Autumno: commoda quanta dabit?

MVSEVM
BRITAN
NICVM

II

ILLVSTRISS. CLEMENTISSIMOQVE Principi, ac D. Domino Alberto, utriusque Baioariæ Duci, Comiti Palatino Rheni, suo gratiosissimo Domino,

Georgius Khufnerus Iunior, Artium, & Medicinarum Doctor, uitam precatur per omnia fortunatissimam, ac diutissimam.

OLENT Illustrissime Princeps, ij, qui memoria digni quidpiã literis mandare consueuerunt, sua scripta sub Magnatum, sibi bene fauentium, tanquam Mœcenatum aduersus stridulos, & petulantes Morsiculatorum ganni tus tuitione, & auspicio, in publicum promere. Quorum exemplo percitus ego, primitias mei studij, hoc est, diuinum planè, necnon perpete posteritatis memoria dignissimum, M. Leonelli Fauentini de Victorijs, doctissimi, & expertissimi Practici, qui haud ita dudum Artem Pæoniam Felsinæ celebriter admodum professus est, de Infantilium ægritudinum medicatione Libellum, opera, & sedulitate mea (quã potui) à mendis quibus scatebat innumeris, tersissimè castigatum, imò & meam de eadem tractatione (uidelicet infantium morbis, à cunis ipsis, ad puerilem, et Ephebeam usque ætatem sese extendentibus) Appendiculam haud minus sospitalem, & utilem partim ex optimis Medicinæ authoribus, Hippocrate, Galeno, Aetio, Auicenna, Rhaze, Aegineta, Auerrhoe, Haly Abbate, Isahaco, Mesuco: Et inter recentiores: Bartholomæo Mõtegnano, Guilhelmo Varignano, Georgio Valla, Petro Hispano, Ioãne Stockero, Vuolph

gango Peyſſero: Partim etiam ex patrijs Pragmagraphis, Hemeridijs, ſiue Diurnalibus, deprõptam: deniq; proprio etiam ingenio exaratam, æditurus. Meditabũdus intra me, animo agitaui ſæpius, cuinam idoneo Tutori, ac Patrono, primos illos ingenij mei rudioris (non diffiteor) partus cõmodißime deberem dicare. hoc ita ſcrupuloſius perſcrutanti, tandem ſubito in mentem uenit, neminem eſſe uſquequaque gentium, cui uel aptius, uel decentius ijdem competerent, quam uni, ac ſoli bonarum ſcientiarum, & artium, earundemq; cultorum Archi Mœcenati, Illuſtrißimo nimirum Boiorum Duci, Alberto, Domino meo gratioſißimo, utpote ſub cuius Ducatu luſtrum unum degerim, quin & in celebratißimo Ingolſtadienſi gymnaſio, à ſuis clarißimis Progenitorib. inſtituto, literariæ militiæ tyrocinium fecerim, & palmam euicti laboris gymnaſtici, eodẽ tum actum meum ſua Illuſtri præſentia honorare dignãte obtinuerim. Denique cum plurimi (uti popularis fama fert) Regale connubium illi ominentur, non ſolum ut hac mea lucubratiuncula eidem humili mente quidem, ſed pia prorſus, ac deuota cõgratularer, uerumetiam ut (ſi ſuperis collibitum fõret) idem pater patrimus factus, hoc eſt, multa ſobole, ſeu potius Heroinis auctus, ijſdem ſi fõrte languerint, præſentaneis medelis ſuccurrere poſſet. Ob has (inquam) cauſas legitimas, haud iniquum mihi uiſum eſt, meam illam tametſi præcocem opellam, ſuæ Celſitudini nominatim nuncupare, & cum iam inſtet nouus Annus (ut peruulgati moris eſt) Hymenæi, uel potius Genethliaci munuſculi loco humiliter obferre. Non quòd putem talem, ac tantum Heroa, tantilla donatione delectari, ſed ut anſam arriperem, eundem

(quem

(quem certatim omnes dignis encomijs celebrant, & perfectæ laudis amplißimum testimonium reddunt) pro crassuli ingenij mei modulo collaudarem, & in illius gratiam memet insinuarem, licet non ignorem, illius præconia ita popularitер esse dispalata, ut nec meo, nec cuiusquam eloquio indigeant. Nam (si claritudinis suorum natalium originem respicias) quid suo genere illustrius? Quid sua inclita prosapia nobilius, uel antiquius? Nonne è gente illius procreati sunt olim Reges? Nonne huic cum binis illis inuictißimis, ac potentiß. orbis Christiani Monarchis, Carolo uidelicet Imperatore augustißimo, & ter maximo, imò & Ferdinãdo, sacri Romani Imperij Sceptrigero Rege Serenißimo, intercedit arcta quædam propinquitas, & generosißimi sanguinis coniunctio? Quod autem ad personam ipsius attinet, nihil suis moribus cultius est, nihil uitæ elegantia, honestamento, synceritateq; celebratius. Si quis absolutum ueræ prudentiæ exemplar, & expressam idæam requirit, à nemine rectius petierit, quàm à moderatißimo in rebus omnibus hoc nostro Principe, Phœbi profectò Tripode digno, necnon omni uirtutum genere instructißimo. Cuius super omnia mores sic integri sunt, & fama sic illibata, ut nemo sit tam impudens sycophanta, quem non pudeat male de eo loqui. In quo serenißimo Principe, adhuc iuuene, mira indoles effulget, sic ut omnibus magnæ sit expectationi. Porrò cum prima illius ætas tam manifestum iter ad uirtutes ostendat, quid non boni (sicubi pubertatis annos supergressus fuerit) sperandum erit nascituris se regnante inferioribus? O felix Regio: O Natio faustissima, quæ talem cœlitus tibi demissum sortita es Dominum, qui nihil antiquius ha

bet, quàm pacem, quæq; ad Reipublicæ commodũ faciunt, quiq; (ut breuibus multa coarctem) omnes Regij animi dotes habeat in numerato. Hic unus multorum Heroum priscorum decôra refert. Iustiniani nimirum æquitatem, cui impensè dat operam: Ptolomæi Philadelphi studium erga bonas literas: Mœcenatis in Musophilos omnes diligentissimam beneficentiam: Alexandri magni fœlicitatem, ac fortunam exoptatissimam: Cæsaris inuictam uim animi: Augusti comitatem, ac humanitatem gratissimam omnibus: Traiani mansuetudinem eximiam: Alexandri Seueri dexteritatẽ, & integritatem: Marci Antonij doctrinam: Theodosii pietatem, et si quid aliud maius esse potest. In summa, talis ab omnibus prædicatur ille noster Princeps, qui sit uel ipsa probitate melior. Sed ne uidear Agathoniam canere cantionem, cunque penes me non sit, dignis illum efferre laudibus pro decentia, iam receptui canam. Prius tamen æditionis meæ causas obiter percurram: Ita tamen, ut nemo tam perditus, tamq; inuidus inueniri possit, qui id non iure factum fateatur. Prima igitur causa est, quòd noluerim tanti authoris, nempè Leonelli, egregium, ac salutiferum Opusculũ suppressum iri. Altera, ut infantiæ, ac pueritiæ morbidæ, & languescentis saluti consulerem. Vt si quis ægritudinis casus tenellis infantulis accideret, esset in promptu medicamen, huic ætatulæ commodum. Si quidem multi (quod palam est) obstetricum, & Vetularum inscitia, temeritate, iniuriaq; miseram oppetunt mortem. Sunt etiam aliâs Infantes ab ipso uitæ limine, uarijs, & ancipitibus morbis obnoxij. Itaq; quo magis calamitosum, & execrabile infanticidium præcaueretur, à ratione minime alienũ uidebatur,

uidebatur, Epithomen hanc in publicum dare, ne tanta detrimenta miſellis infantulis inferrentur poſthac. Nec enim uitio mihi uerti poterit æditio illa (ut opinor) cum non ob uanam gloriam, ſed commiſerationē inſontium puellorum (qui aliâs cruciabili exitu forte perirent) motus, has meas uigiliolas publicè promulgauerim. Quid enim utilius, quàm ijs ipſis medica ope ſuccurrere, cum ſint pulcherrimū cunctorum creatorum Dei opificium, & mortalibus unicum, ac delectabiliſsimum delitiū, ſolatiumq; non mediocre. Præſertim cum ſint loquelæ expertes, nec aliter affectus ſuos, niſi per uagitum exprimere queant, & indicare. Videmus etiam bruta nimirum animalia, pullos, & catulos ſuos instinctu naturæ lingendo, expoliendo, incubando, fouendo, alendoq; ſuſtentare. Quanto magis homini eadem natura hoc ingenerauit, ut ſaluti liberorum, ac pignorum ſuorum charisſimorum, nutricatu, educatione, & remediatione conſulant. Ideo non abſurdum fuerit, imò maximè neceſſariū, cum id à natura comparatum, & inſitum ſit, eiſdem non alimonijs ſolum, ſed ſalutiferis quoque medelis (ſi quæ improſpera ualetudo ingruerit) auxiliari. Quid præterea honeſtius, magisq; neceſſarium, quàm eaſdem nobiles fœturas, ab ærumnabili diſcrucio uindicare, et adſerere, et ipſis nepharijs infanticidis certū ſalutiferumq; curandi non interficiendi, modū præſcribere. Lubuit inſuper Illuſtriſs. Princeps, meam illam Oratiunculam in frequentisſimo celebrium hominum cœtu, dum inſigniendus eſſem, Ingolſtadij habitam, cui Illuſtris Celſitudo tua, pro inſigni, immenſaq; ſua modeſtia intereſſe dignata eſt, Appendiculæ uice adnectere: Certè non captandæ famæ gratia, ſed ut cognati, & conſangui

nei mei profectus studij mei degustationem tanquam aliquã acciperent. Neq; etiam uolui encomiastarum mihi ob adeptam insignitionis meæ dignitatem congratulantium, & applaudentium, perdocta, & luculentissima metra supprimerentur, sed uelut ex umbraculis in Solem proferrẽtur. Itaque cum publica consuetudine receptum sit, ut solennibus xeniolis ineunte nouo anno uicissim sese adficiant homines, ac concilient, uolui sub tui Celebratissimi nominis Epigraphia, nouitium hunc meum partum uita donatum iri. Nam si is eiusdem nominis tui splendore fultus fuerit, dentes dubio procul Theoninos retundet, omnemq; liuorem Zoilorũ facile uitabit. Tuam igitur Illustrissimam Celsitudinem supplex obtestor, ut hanc Saturnaliciam Strænam, posteris ac nepotibus tuis si quos (quod Deus optimus, maximus faxit) natura tibi concesserit, sicubi dispendium bonæ ualetudinis (quod longe absit) agant, haud dubie per magno usui futuram, hylari uultu suscipias. Meq; tui gymnasii deuotum, & obsequentissimum alumnum, pro tua ingenita benignitate commendatum habeas, tuaq; principali gratia, et immensa Clementia foueas. Interim tuam Illustrem Claritudinem quàm diutissime, fœlicissimeq; incolumẽ seruet immortalis Iesus. Data Reginonburgi. Pridie Calendas Decembres, Anno Soteriorum Christianorum. 1543.

Illustrissimæ Clementiæ Tuæ.

Obtemperantissimus, Georgius Khufnerus iunior, Artium, & Medicinarum Doctor.

PRAE=

Praefatio

PRo cura ægritudinum Infantiũ, notãdi sunt primo quatuor Canones, quos ponit Auicena, tertia primi, Cap. 3. de ægritudinibus Infantiũ. Quorũ primus, in curationibus infantium ægritudinum regatur nutrix, & hoc duabus de causis: prima, quod plures ægritudines prouenientes infantibus proueniunt ex malo regimine nutricis, ex quo corrumpitur lac, & postea causat ægritudines in pueris. Secundo, quia infantes non possunt tolerare fortia alterantia, & euacuantia. Secũdus Canon est, quòd debes considerare dispositionem nutricis, an in ea sit repletio sanguinis, uel alterius humoris, propter quod fiat in humoribus ebullitio, unde generatur lac malum, pro pueri nutritione, & ideo tollatur talis repletio euacuatione propria. Tertius Canon est, si patiatur nutrix aliquam ægritudinem, tunc curanda est cum ijs, quæ comeduntur, & bibuntur: Et aliquando corruptio humorum, unde postea ex tali ebullitione lac generetur corruptum. Curetur igitur quantum est possibile, cum cibo, & potu, & bono regimine in omnibus. Quartus Canon est, quod si contingat, quod nutrix accipiat aliquãdo medicinam solutiuam, uel uomitiuam, pro illo die non lactet puerum, sed alia mulier sana lactet illum. Considerandæ sunt secundo, ægritudines particulares, quæ possunt ipsis pueris contingere, & ponuntur ab Auicenna numero 34. Et diuisim de unaquaque eius curam ponemus.

Quatuor intentiones in Curãdis Infantiũ morbis obseruãdæ.

De

Leonellus. De tumore, & Apoſtemate Gingiuarum, & ſpaſmo Cordarum, Maxillarum, in ortu dentium. Cap. 1.

Cauſa huius morbi. CAVSA iſtarum ægitudinum, quia cum oriuntur ſunt acuti, in primis, & pungunt Gingiuam, adeò, quòd magnum dolorem inducunt, & ex dolore trahitur materia ad locum, & cauſatur tumor, & apoſtema: Similiter fit in Cordis Gingiuarum.

Cura eſt talis. Cura diſpoſitionis ſupraſcriptæ ꝑficitur iſto modo. Prematur locus apoſtemoſus cum digito, leuiori modo, quo poßibile eſt, ut ex tali preßione, materia ibidem collecta diſpergatur, & deinde uia detur oriẽdi, & cito creſcat.

Vnguẽtum. Deinde fiat inunctio circa Gingiuam, ex rebus mitigantibus dolorem, & facientibus dentes oriri.

Alia Vnctio.

Vnctio. Recipe. Adipis Gallinæ. unc. 1.
Vngatur Gingiuæ, ut ſupra.

Linimentum.

Linimẽtum. Recipe. Olei chamomælini.
Mellis. ana. unc. 1. Miſce bene ad inuicem agitando, & linatur locus læſus: Nam ex melle fit abſterſio, & exiccatio materierum ad locum currentium: Et ex oleo de camomilla fit ſedatio doloris.

Aliud ad idem.

Aliud. Recipe. Terebinthinæ.
Mellis ana. unc. 1. ſ. Miſce, & ungatur Locus.
Nam ex Terebinthina fit Reſolutio Humorum,

Ex:

Ex Melle, fit abstersio. Embrocatio. Embrocatio

Recipe. Camomillæ.
Meliloti.
Anethi. ana. Manip. 1. Bulliant in ſ. q. Aquæ dulcis, ad conſumptionem tertiæ partis: Et cum hoc caput infantis embrocetur. Reſoluit enim humores deſcendentes ad Gingiuas.

De Fluxu Ventris. Cap. 2.

CAVSA iſtius ultra iſtas duas, quas Auicenna ponit in Textu, quomodoquidem infantes incipiunt emittere dentes, propter uehementem dolorem trahitur humiditas ad os, & transgluitur, & transiens ad ſtomachum, & inteſtina facit fluxum catarrhalem. Cauſa fluxu Ventris.

Curatio.

Cura huiuſmodi fluxus, præmiſſo debito Regimine nutricis, quod debet declinare ad Stipticum. Si fluxus non nimium moleſtat, non debemus aliquid facere. Si autem ſuperfluit, curetur hoc modo. Cura.

Embrocatio pro Ventre.

Recipe. Seminis roſarum rubearum. Seminis
Cimini. Fœniculi. Embrocatio
Ameos. ana. Manip. ſemis. Bulliant in ſ. q. Aquæ, ad conſumptionem medietatis, embrocetur uenter: Nam ex tali embrocatione, ſtipticatur uenter duobus modis.

Vno modo, quia per calidum, rerum calidarum trahitur materia uerſus cutem, euaporando. Secundo, per frigida, ſtiptica, conſortantur inteſtina, ne recipiāt materiam.

Aliud

Aliud ad idem.

Alia Embrocatio

Recipe. Olei omphacini: idest, Oliuarum immaturarum. Myrtini. ana. ℥. i. Misceatur, & inungatur uenter.

Emplastrum ad idem.

Emplastrũ.

Recipe. Rosarum rubearum. Cimini. ana. lib. ſ. Bulliant in. ſ. q. Aceti. Deinde pistẽtur, & reducantur ad formam emplastri. cum modico olei Myrtini. Et super petiam extendatur, postea uentri applicetur.

Aliud ad idem.

Emplastrũ.

Recipe. Coaguli hœdini. ℈. ſemis. Vel Leporini, eiusdem ponderis.

Canon notãdus.

Et Aquæ frigidæ, cochleare. i. Misce, & exhibeatur. Et aduerte, quando datur tale remedium illo die infans non lactetur: coagularetur enim in stomaco, & intestinis. Ideo nutriatur illa die, cum uitellis ouorum, et mica panis cocta in aqua, et cum Kist frumenti.

De Constipatione Ventris. Cap. 3.

Cause constipationis Ventris.

CAVSA ipsius Constipationis potest esse multiplex: Aut quia cholera non trasmittitur à christi fellis ad intestina: Aut propter calorem nimium epatis, et renum, exiccantur feces: Aut propter nimiam attractionem uenarum: Aut propter nimium æstũ interaneorũ:

Cura.

Curatio

Cura istius ægritudinis, Debet primo nutriri Nutrix cibarijs, et potu lenientibus, deinde cum remedijs applicatis infrascriptis,

Suppo=

Suppositorium.

Recipe. Stercoris Muris. ʒ 1. Puluerizetur. Et cum Adipe renum Capræ, Vel Hirci. Fiant Suppositoria gracilia, & curta. Glandulæ Suppositiæ

Aliud Suppositorium.

Recipe. Mellis bene cocti, & aliqualiter indurati ℥ 1. semis. Fiant Suppositoria curta, & gracilia. Nam abstergunt, & mundificant. Suppositoria.

Aliud ad idem.

Recipe. Menthastri, folia 5. uel 6. Terantur manibus, quousque ueniant ad formam Licinij parui, & ponantur in anum pueri: Nam abstergit, & incitat uirtutem expulsiuam. Licinium.

Aliud.

Recipe. Radicis Ireos num. 1. Fiat Suppositorium curtum, & gracile. Formulæ Egestificæ.

Aliud.

Recipe. Caulium.
Vel Blitis. num. 1. ut supra.
Ad idem ualet. Si fiat, ex Lardo, & laudatur.

Exhibendum per Os.

Recipe. Stercoris Muris. grana 3.
Aquæ frigidæ Cochlearia 5. Misce, & exhibeatur. Hoc est remedium Auicennæ, & magis placet Suppositorijs supradictis uti, præsertim ubi ætas permittit, & circumstantiæ consentiunt. Tamen meo iudicio, tutius esset uti balanis, ut adserit Rhazes, in Compendiolo, de Infantium morbis. Suppositorium Laridatum Per Os sumendum. Auicennæ. Rhazes.

Aliud ad idem.

Recipe.

Per os exhibendum. Recipe. Mellis crudi. Cochleare semis. Exhibeatur: Abstergit nanque, & incitat Virtutem Expulsiuam.

Aliud ad idem.

Simile prioribus. Recipe. Terebinthinæ. Quantitatem ciceris. 1. Nam auctoritate Auicen. & Serapionis, lenit Ventrē, & abstergit.

Aliud.

Recipe. Passularum enucleatarum ℥. 1. Sacchari Taberzeth. ℥. semis. Misce, & pistentur ad inuicem, quousque ueniant ad formam Electuarij liquidi, & exhibeatur cochleare 1. paruum.

Aliud.

Eiusdem farinæ. Recipe. Amigdalas dulces. Et Saccharum. Pista bene, ad inuicem, & exhibeantur.

Linimentum, seu Vnctio.

Linimētum seu vnctio. Recipe Fellis bouis, num. 1. uel alterius animalis. Vngantur loca pectinis, & umbilici. Nam authoritate Serapionis, omnia fella soluunt uentrem: Idem habetur ab Auicenna, Secundi Canonis Cap. 1.

Aliud linimentum.

Linimētum. Recipe. Succi Panis porcini, ℥. semis. Liniantur loca circa pectinem, & umbilicum.

De Vesicis, quæ nascuntur in Gingiuis. Cap. 4.

Causa Vesicarum Gingiuæ. CAVSA istarum uesicarum, ut plurimum est lac nutricis corruptum, uel acutum; Nam cum huiusmodi lac sugitur à pueris, uesicantur gingiuæ: Et huiusmodi lac generatur ex malo regimine nutricis, comedentis acuta, & corruptibilia.

Cura

Cura harum Vesicarum.

Nutrix nutriatur cum rebus frigidis, & humidis, alterantibus lac, & prohibentibus acuitatem, & corruptionem eius: Deinde fiant Remedia infrascripta, circa gingiuas pueri. Cura Vesicarum Gingiuæ.

Linimentum.

Recipe Lentium excorticatarum ℥. 4. Linimẽtum.
Pistentur, & masticẽtur, & apponatur circa gingiuas pueri, & fiat linimentum: Nam exiccat, & prohibet uesicas fieri.

Aliud ad idem.

Recipe. Farinæ Milij. ℥. semis Simile superiori.
Aquæ Rosarum.
Olei Omphacini. ana. q. s. Pro linimento finiendo misce, & fiat unctio, circa gingiuas. Auicenna hic ponit duo remedia, quorum secundum est inusitatum, & mihi non placet.

Primum remedium.

Recipe Carnes putrefactas, puluerizatas ℈ 4.
Fiat linimentum, circa gingiuas. Nam abstergit eas, ab humiditate nitrosa, faciente uesicas, & cum hoc exiccat. Modus faciendi Carnes Putrefactas de quibus iã iam facta est mentio.
Recipe. Carnes bouis. Vel Castrati. Et aspergantur Sale, & appendantur ad Solem, uel fumum quousque exiccentur, & putrefiant, putrefactione non propria, sed impropria, scilicet exiccatiua & corruptiua.

De

De Spasmo. & primo de Spasmo ex Repletione. Cap. 5.

Causa Spasmi ex repletione.

CAVSA istius aliquando est maximus dolor in gingiuis, ex ortu dentium, ex quo dolore currit materia ad neruos dentium pueri, & implet neruos, & facit Spasmum.

Causa.

Aliquando etiam est causa, debilitas neruorum, quæ est causa, ut faciliter nerui imbibantur humiditate, & hoc maxime in humidis, & crassis.

Cura istius.

Cura.

Primo debet regi nutrix, cum nutrimentis calidis, & siccis, aduersantibus humori phlegmatico. deinde circa neruos, & originem suam, fiant tales unctiones.

Vnctio.

Vnctio.

Recipe. Olei Liliacei. ℥. 1. Vngantur nerui pueri.

Alia.

Vnguẽtum.

Recipe. Olei de Alcanna. ℥. 2. Vngantur Nerui.

Canon.

Hic nota, quòd quidam dicunt, quòd Alchanna est arbor Cipri: Et quòd ex floribus suis fit Oleum Ciprinum. Alij uolunt, quòd sit aliud arbustum, ex quo tinguntur panni, & est calidæ, & siccæ complexionis.

Alia unctio.

Vnctio.

Recipe. Olei de Cherua. ℥. 1. semis. Vngantur nerui: Confortat enim Neruos mirabiliter, & exiccat.

Vnctio pro origine neruorum.

Vnguẽtum.

Recipe. Olei Mastichini
Cammomælini. ana ℥. 1. ſ. Misce, fiat Vnctio.

Cura istius est.

Humectare bene loca spasmata, & originem Neruorum

rum. Vnde Oleum commune, mistum, cum Oleo Violato, & cera alba, est conueniens: & inunge nucham, & loca Spasmata. Et confert cum ijsdem embrocare caput. Vnctio.

Oleum Violarum solum non est conueniens, propter frigiditatem, quia cerebrum congelaret.

De Thetano, & primo ex Repletione. C. 6.

CVRA istius tota existit in exiccatione humiditatis. quæ est in membris, neruis, lacertis imbibita, ut puta hoc modo, Curatio.

Fomentatio Exiccatiua. Fomentatio

Recipe. Stecadis Arabicæ.
Vuæ.
Betonicæ.
Rorismarini. ana. Manip. semis. Bulliant, in .s.q. Aquæ, ad consumptionem medietatis cum Spongia bene expressa, fiat fomentatio, supra membrum Thetanatũ, ter, uel quater, postea exiccato loco, fiat unctio infrascripta.

Recipe Olei Liliacei. Vnctio.
Rutacei ana ℥. 1. Misce, fiat Vnctio.

Alia efficatior.

Recipe Olei Cucumeris Asinini.
Liliacei. Inũctio alia
Violacei. ana. ℥. semis. Misce, & fiat unctio, & calefiat, et postea inungatur locus Thetanatus. Oleum Violarum non ponitur hic, ut resoluat materiam, sed ut remittat rigiditatem membri, propter uirtutem suã Obseruatio.

molificatiuam.

Aliud Remedium Auicennæ, efficacius omnibus alijs.

Aquæ.

Recipe. Aquæ decoctionis radicum Cucumeris Asinini. Et cum dicta aqua abluatur locus.

De Thetano, ex Inanitione. Cap. 7.

Curatio.

CVRA istius est similis Curæ Spasmi ex Inanitione: Ideo uide eam.

Oleum.

Oleum.

Vlterius consueuit accipere q.s. Olei communis dulcis et maturi, calefacti, et cum eo, embrocare mẽbra Thetanata.

De Tussi Catharralli. Cap. 8.

Causa.
Tussis.

CAVSA istius, est materia Catharralis, et humiditas multa, descendens à capite ad pectus.

Cura.

Cura istius perficitur. Prohibendo Cursum humiditatum, ad pectus, et materiam iam fluxam resoluere.

Auicennæ remedium.

Auicenna.

Auicenna, in Canone isto, embrocat infantes cum aqua calida, ipsam proijciendo super commissuram coronalem: Vt propter caliditatem aquæ, aperiantur pori capitis, et fiat resolutio humiditatis currentis ad pectus.

Canon.

Et hoc remedium est inusitatum: Quia faciendo hoc remedium, oportet ut exiccetur caput pueri, cum panno calido, ne humiditas retenta, reducta ad propriam frigiditatem infrigidet, et noceat, et in tali exiccatione conquassatur caput pueri, et sic maxime noceremus

Ideo

Ideo potius ponendum est super commisuram coronalem puluis infrascriptis.

Puluis.

Recipe. Puluerisi Sandaracæ. drach. 1. Et ponatur super caput. Et nota, quòd aliud remedium fortius non est faciendum, propter capitis tenuitatem. Puluis. Obseruatio.

Ad idem.

Recipe. Corticum Thuris. Alius puluis
Sandaracæ.
Rosarum rubearum.
Maioranæ. ana. ℈ 1. Puluerizentur subtiliter, et fiat puluis pro capite.

Ponendum in Os.

Recipe. Mellis puri. ℈ 1. semis. Ponatur circa radicem linguæ. Exiccat enim, et abstergit humiditatem descendentem à capite. Præterea prematur radix linguæ digito, et uomat. Quia materia quæ descendit, sic euacuabitur per uomitum. Per Os sumendum. Regula notanda.

Electuarium ad idem.

Recipe. Dragacanthi. Electuariũ.
Gummi Arabici. ana. drach. 2.
Seminis Cidoniorum.
Succi Liquiritiæ.
Penidiarum recentium. ana drach. 2. Puluerizentur subtiliter, et cum modico Syrupo de Iuiubis, reformetur Electuarium Melle: De quo ponatur in ore infantis, ad quantitatem auellanæ paruæ: Prohibet enim humiditatem descendere ad pectus, et pectus aliqualiter dilatat.

Ad diuertendum materiam descendentem, à Capite ad Pectus, ut fluat per Nares.

Sternutamentum.

Sternutamẽtum. Recipe. Succi Maioranæ. Parum.
Aquæ Hordei.
Et Sacchari. Misce. Et pone guttam unã ad Nares.

De Difficultate Anhelitus. Cap. 9.

Causa. CAVSA istius procedit ab eadem causa, à qua Tussis in Catarrho descendente.

Cura.

Curatio. Cura ergo huius est, quasi eadem cum cura Tussis. Fiat tamen tale remedium infrascriptum, circa radices aurium, et linguæ, et circa amigdalas: Nam in radicibus eorum est Emunctorium Cerebri.

Vnctio.

Vnguẽtum. Recipe. Olei communis dulcis, maturi ℥.4. Fiat unctio circa loca prædicta: Nam hoc oleum resoluit humiditatem descendentem ad pectus.

Vnguentum pro pectore.

Inunctio. Recipe. Olei Amygdalarum dulcium ℥. 1. semis.
Butyri recentis, sine Sale. ℥. 1.
Croci. grana. 3. Misce, et fiat Vnctio.

Vnctio. Recipe. Olei Amygdalarum dulcium. ℥ 1.
Violarum.
Buthyri recentis. ana. ℥ semis.
Croci. grana 2.
Ceræ. parum. Fiat unguentum molle.

De

De Alcola Infantium. Cap. 10.

ALCOLA *sunt ulcera in partibus Oris, in palato linguæ circa guttur, uel sunt pustulæ paruæ, quæ multiplicantur infantibus, in alis.* Difinitio.

Causa istius est, ut habetur ab Auicenna, in textu: Quia pelliculæ tegentes linguam, et palatum, sunt ualde molles, et à quocunque tangente, ualde læduntur: Et causa est ut primum, acuitas Lactis. Causa.

Nota, quod reperiuntur diuersæ Alcolæ: Quia quædam est sicca, à qua nihil emanat, et est à materia adusta maligna, tendens ad quandam nigredinem, et est carnosa, cæteris deterior: alia tamen est alia minus mala. Curatur igitur ista Alcola, cum infrascriptis. Regula.

Mistura.

Recipe. *Violarum recentium.* Mistura.
Rosarum rubearum. ana. Manip. semis. Pistentur, et misceantur bene adinuicem, et applicẽtur circa partes læsas.

Alia Mistura.

Recipe. *Succi plantaginis.* Mistura.
Portulacæ.
Solatri. ana. ℥ 1. Misce bene ad inuicem, et ponatur pro uice in Os, ad quantitatem medij Cochlearis.

Alia.

Recipe. *Succi Agrestæ.* Mistura.
Mororum maturorum, si potest haberi. ana. ℥ semis. Misce, cum medio Cochleari lactis, et exhibeatur ponẽdo in ore infantis.

Alia.

Mistura. Recipe. Aquæ Hordei coctæ. ℥ 4.
Mellis Rosarum, parum. Cum alijs misce, et liniatur Os infantis, et abstergatur. Postea accipiatur Conditum infrascriptum, ad quantitatẽ medij Cochlearis.

Conditum.

Conditum. Recipe Balaustiarum.
Corticum Granatorum.
Sumach.
Myrtillorum.
Acatiæ. ana. ℈ 1. Fiat puluis, et cum Syrupo Myrtino, fiat Conditum liquidum.

Aliud.

Conditum. Recipe. Succi Portulacæ, depurati. ℥ 2.
Syrupi Myrtini: ℥. 3. Misce, & exhibeatur, ut supra.

Notio. Nota, quod Auicenna dicit, quod succus Portulacæ in hoc casu ualet, à proprietate. Et quando dicit, aliquid ualere à proprietate, accipiatur pro efficaciori. Succus ergo Portulacæ, in hoc casu est efficax.

Alia Mistura, pro mitigatione doloris, et consolidatione fienda.

Mistura. Recipe. Aquæ Plantaginis.
Mulcilaginis Psylij: ana. ℥ semis.
Lactis. drach. 1.
Aluminis Zucharini. drach. semis. Misce. omnia stimul.

Aliud.

Mistura. Recipe. Gallarum. ℥ 1.
Aquæ plantaginis. q. s. Pistentur crasso modo, et cum

cum prædicta aqua bulliant, & colluatur Os infantis.
Nota, quod alia Remedia fortia, ut sunt, Aqua fortis, non conueniunt in pueris. Obseruatio.

De Fluxu Humoris, ab Aure infantis. Caput. 11.

Causa istius dicitur esse superflua humiditas cerebri, ipsorum infantium, quæ est in ultimo humiditatis, in principio ortus sui. Causa.

Cura.

Cura ergo consuletur, ex parte uirtutis, dietādi ipsum ex cibis siccis, non tamen multum calidis. Et similiter, ex potibus saltem siccis uirtualiter. Potus.

Et nota, hanc Regulam, quòd sit prouidendum, in curatione omnium ægritudinum infantis, ut nutrix semper dietetur dieta contraria causæ ægritudinis infantis. Canon.

Ex parte Infantis, in isto Casu, fiat infrascripta Mistura.

Recipe. *Vini rubei, pontici.* Mista.
Mellis. ana. unc. 1. s.
Aluminis Zucharini. drach. 1.
Croci, scrop. semis. Puluerizentur puluerizanda: Et simul omnia misceantur. Deinde accipiatur lana, uel cotum, infusum in dicto liquore, in modum Tentæ, aliqualiter expressum, ponatur in aurem infantis: positis tamen prius duabus guttis illius liquoris, in aurem infantis.

Aliud Remedium.

Recipe. *Olei Amygdalarum amararum.*

Olei. Rutæ. ana. unc. ſ. Miſce, & cum ſupraſcri-
Tenta. pto, imponatur in aurem Tenta, ex lana, uel bombice facta. Et Tenta ſæpe mutetur. Secundum Auicennam
Obſeruatio. Tenta aliquando infuſa in ſolo uino pontico, ſufficit.

De dolore Auris, ab ventoſitate & humiditate. Cap. 12.

Cura. Cura huius completur, cum infraſcriptis reſoluentibus uentoſitatem.

Sacculus.

Sacculus. Recipe. Origani.
Calamenti.
Seminis Lini. ana. unc. ſ.
Salis. drach. 1. Piſtentur, & contundantur ad inuicem, & fiat Sacculus, qui calefactus parum, ponatur circa aurem infantis.

Oleum ad idem.

Oleum. Recipe. Olei Amygdalarum amararum.
Olei Liliorum, ana. unc. ſemis. Miſce, & de illo Oleo calido, ponantur. 2. uel. 3. guttæ, in aurem: & poſt claudatur foramẽ, cum modico coti, ſtet et clauſum parum.

Aliud.

Oleũ aliud. Recipe. Seminis Anethi.
Carui.
Fœniculi.
Ameos. ana. unc. ſ. Contundantur craſſo modo, & bulliant in uncijs. 4. Olei communis. Deinde fiat, ut ſupra.

Fomentatio.

Recipe.

Recipe. Camomillæ. Fomentum.
Maioranæ.
Stæchadis Arabicæ. Origani.
Calamenti. ana. Manip. ſemis Bulliant in ſ. q. aquæ, & uini, prius concluſa, ad conſumptionem medietatis, & cum ſpongia infuſa in dicta decoctione, & expreſſa, fiat fomentatio circa aurem pueri, ter, uel quater, in die: Deinde ponantur in Aurem. 2. uel. 3. guttæ olei ſupraſcripti & fiat ut ſupra.

Sacculus ad idem reſoluens uentoſitatem ſine mordicatione.

Recipe. Meliloti. Manip. 1. Calefiat ſine aliquo alio qui calefactus ponatur circa aurem. Sacculus.

Liquores.

Recipe Vnum Cepe, concauatum. Et impleatur Oleo de Ruta. Cui adde Pulueris Cimini. ſcrop. 1. Liquores
Aſſetur cepe, ſuper cineres calidos, & cooperiatur foramen Cepæ, cum aliquo coopertorio, & de illo liquore ponatur, 2. uel. 3. guttæ, in aurem: Mitigat enim dolorem, & repellit uentoſitatem.

De Apoſtemate Cranei, in Capite Pueri. Caput. 13.

NOTA, quod in hoc Apoſtemate complicatur magis dolor, ut inquit Auicenna, in capite, de Oculorum ægritudine, propter colligantiam eorum, ad cerebrum, per neruos opticas quantum ad oculos, & per uenas deſcendentes ad guttur. Canon.

Curatio.

Cura

Curatio. Cura est extinguere à principio inflammationem & calorem, prouenientem à tali apostemate, cum infrigidantibus, & humectantibus isto modo.

Compositio quædam.

Epithema. Recipe. Corticum Citrulli.
Cucurbitæ recentis. Et applicentur circa commissuram coronalem, & circa illas partes.

Liquor.

Liquor. Recipe. Succi Solatri.
Portulacæ.
Plantaginis. ana ℥ 1. Misce, et in dicto liquore, infundantur petiæ, & applicentur Capiti.

Ad idem.

Linimẽtum Recipe. Olei Rosarum ℥ 4.
Aceti parum. Misce, & fiat Linimentum, circa caput.

Linimentum pro confortatione capitis, & remissione doloris, post prædicta.

Linimẽtum Recipe. Vitellum Oui. 1.
Croci. grana 3. Misce, & liniatur caput, circa commissuram coronalem, & tempora.

De aqua, quæ nascitur in Capite Pueri. Caput. 14.

Causa. ISTA Aqua nascitur tantum, quòd caput fit adeò magnum, quòd truncus caput portare non potest, sicuisum est per experientiam: Et aqua ista est aliquando intra craneum, aliquando extra craneum. Et signũ quod est intra craneum, est, quòd non apparet tantus tumor,

tumor circa cutim capitis, & sentit grauedinem, & pondus intra Craneum, adeò quòd Oculi claudi non possunt. Signum est autem, quòd extra Craneum quandoque uisu compræhenditur: Ipsa namq; cutis capitis in tantum extenditur, quòd possumus uidere ultra ipsam aquam. Et ego uidi istud in quodam puero, filio Vincentij, de Refrigerijs. Quòd tantam aquam habebat extra craneum, quòd scissuræ apparebant apertæ.

Causa istius aquæ, et maxime extra craneum potest esse, propter obstetricem, uel propter nutricem. Quod quandoque in extractione fœtus, uel in nutriendo, uel in faciendo, caput stringunt ultra modum: unde commissuræ scinduntur, & aperiuntur, et exprimitur humiditas illa, quæ est in cerebro, ad exteriora cranei, intra cutem, & craneum, & sic intumescit caput uehementer. Causa.

Cura.

Circa curam ergo sciendum, quod Auicenna dicit, quod aqua ad intra craneum curari non potest. Cum autem est ad extra, bene curatur, & secundum opinionem meam credo magis Auicennæ, quàm Rhazi. Et ratio istius est, quia sine exhibitione medicare, in pueris, & infantibus est malum. Cura.

Curatur ergo illa, quæ est extra craneum, isto modo. Nam si aqua dicatur esse multa, & multum extẽdens, debet extrahi pro parte, & pro parte resolui: Et extrahitur isto modo. Fiat incisio cutis, secundum longum, uel latum, ita, quod possit aqua illa exire, deinquãdo exierit, licet non tota una uice, accipiantur panni lin- Curatio. Extractio.

nei,

nei, duplicati, et infundantur in infrascripto Liquore.

Liquor. Recipe Vini Stiptici.

Olei Communis ana ℥ 4. Misce in dicto liquore: Infundantur petiæ, ut supra, & ponantur super caput, cum ligatura satis forti, & stricta, & sic procedatur, per duos, uel tres dies: Dein fiat hoc linimentum, circa caput.

Linimentum.

Linimẽtum. Recipe. Olei Camomælini. ℥ 4.

Sulfuris ℥ 1. Puluerizetur Sulfur, & simul miscea tur cum Oleo Camomælino, et totum caput liniatur. Exiccat enim, et stringit caput, et confortat.

Emplastrum ad idem.

Emplastrũ. Recipe. Olibani.

Sarcocollæ.

Gummi Cerasorum. ana ℥ 1. Liquefiant in Aceto, et Vino stiptico. Deinde misceantur cum Oleo Camomælino. Et fiat Emplastrum, quod supra petiam extensum, ponatur super totum caput inflatũ, et ligetur.

Aliud expertum.

Emplastrũ. simile. Recipe. Limaciarum cum testis. Eorum. numero. 36. Pistentur cum testis suis, et reducantur ad formam Emplastri, et ponatur super caput, et dimittatur quousque per se cadit: Resoluit enim mirabiliter.

Cura alia.

Cura alia. Notio. Pro cura etiam illius aquæ, intra craneum, licet dixi, non posse curari, potest tamen procedi isto modo infrascripto, exiccatiuo. Siccari faciunt aliqui, applicando remedia intra Aures, et Nares.

Liquor

Liquor ponendus in Auribus.

Recipe. Olei de Been. Liquer.
de Lilio.
de Ruta. ana ℥ ſemis.
Sulfuris ʒ 1. ſ.
Serapini ℈ 1. Puluerizentur ſubtiliter, et miſcean tur omnia ſimul, et imponentur 3. uel 4. guttæ, iſtius li quoris, in aurem, pro uice.

Liquor pro Naribus.

Recipe. Aquæ Maioranæ. Liquor.
Abſynthij. ana ℥ 2.
Cubebarum.
Radicis Acori.
Corticis Thuris. ana ʒ ſemis.
Nucis Moſchatæ ℈ 1. Puluerizentur Puluerizan da ſubtiliter, et miſceantur cum prædictis Aquis; Dein cum penna, in utraque parte immiſſa, infletur de illa aqua, in naſum pueri. Si quis ergo modus curationis adeſt, in curatione huiuſmodi aquæ, ad intra cranium, eſt iſte, qui dictus eſt.

De inflatione Oculorum. Cap. 15.

CAVSA iſtius eſt humiditas multa cerebri. quæ propter multum fletum deſcendit ad Oculum, et illum inflat. Curetur ergo hoc modo, ut ſequitur. Cauſa.

Linimentum.

Recipe. Litij ℥ 1. Linimẽtum.
Lactis, parum. Miſce, et fiat Linimentum, circa palpebras oculi.

Vnctio.

Vnctio ad idem.

Vnctio Recipe. Carui.
Origani.
Pulegij. ana. Manip. semis. Bulliant in. s. q. aquæ, et uini, et abluantur oculi. Exiccat enim, et remouet priorem liquorem adhibitum.

De Albugine Oculi. Cap. 16.

Causa CAVSA istius, est humiditas nitrosa, et salsa, adueniens eorum Oculis.

Cura.

Cura Curatur ista ægritudo, secundum Auicennã, in Textu, lauando partem scabiosam Oculi, et pruriginosam, cum succo Solatri, scilicet, palpebras, et alias partes. Confert etiam lauare, cum Aqua Rosarum. Quæ omnia habent remittere caliditatem loci, et repercutere.

Lotio

Alia Lotio.

De Febre Infantium. Cap. 17.

Obseruatio. ADVERTENDVM, quòd febres aduenientes infantibus, ut plurimum sunt cholericæ. Quia Lac faciliter conuertitur in choleram, et inflammatur. Vide Arculanum, super Auicennam, prima quarti: Can. 7. De Cura uniuersali febris putridæ: Circa istum Textũ: Et cum infans lactans febricitat. &c.

Cura.

Cura Cura eius pro maiori parte circa nutricem habenda, rectificando lac eius, cum rebus frigidis, et humidis. Dẽtur ergo nutrici digestiua conuenientia, secundum exigentiam

Dieta.

gentium materiæ, facientis febrem. Dein, si fieri potest, fiat euacuatio in nutrice, cum medicinis conuenientibus, id est, lenientibus: Vt est, Casia, Manna. Solutio. Alui lenitio.

Non exhibenda sunt fortia Solutiua. Et ea die, qua accipit pharmacum, nõ lactet Infantem: Circa Canones positos supra, de mente Auicennæ. Sed alia mulier sana, lactet ipsum. Canon.

De dolore Ventris. Cap. 18.

DOLOR uentris in infantibus quandoq; accidit à Ventositate existente in intestinis, quandoq; à frigiditate Aeris, uel alia causa infrigidante uentrem: quandoque etiam prouenit à uermibus pungentibus intestina. Causa.

Cura.

Curatur ergo hæc ægritudo: Primo, cum aqua calida embrocando uentrem pueri, & cum spongia fomentando: Aperit enim porositates uentris, & uentositates resoluit. Ad idem ualet, accipere Oleum commune, cui adiungatur modicum Croci. Et in tali Oleo infunde petias, & illas uentri applica. Cura. Oleum.

Fomentatio ad idem.

Recipe. Meliloti.
Camomillæ. ana. Manip. semis.
Anist.
Fœniculi.
Carui. ana. Manip. semis. Bulliant omnia, in s. q. aquæ, ad consumptionem medietatis, deinde fomentetur locus, idest, uenter, cum spongia, ter, uel quater. postea ungatur locus, cum unctione infrascripta. Fomentatio

Vnctio.

Vnctio.

Vnctio. Recipe. Olei Camomælini.
Liliacei.
Anethini. ana ℥ ſemis. Miſce fiat Vnctio, ut ſupra.

Cura.

Cura. Cura doloris prouenientis à uermibus, habetur in Cura Vermium.

De Sternutatione Continua. Cap. 19.

Cauſa. CAVSA ictius aßignatur ab Auicenna, in Textu dupliciter. Vna propter apoſtema calidum in capite, lædens cerebrum, & uniuerſaliter à quacunque re pungente, & lædente cerebrum. Aliquando accidit propter oppillationes Narium, à materia craſſa in uiſcata, quæ ibidem includitur, & lædens cerebrum, cauſat ſternutationem.

Cura.

Cura. Curatur ergo quantum ad primam cauſam epithimando caput, à principio, cum rebus infrigidantibus caput, & inungere ipſum cerebrum. Vnde fiat talis Embrocatio, ad Caput.

Embrocatio.

Embrocatio Recipe. Roſarum rubearum.
Myrtillorum.
Sumach.
Balauſtij.
Corticum Granatorum. ana. Manip. 1. Fiat Decoctio in. ſ. q. Aquæ: Deinde fomentetur caput. & hoc incipio, & breuiter curatur hæc ſternutatio, uti fit cu

ra

ra Phrenesis. Si autem ueniat ab oppilatione, apponenda sunt Deopilantia. Vnde Auicenna tale Remedium, in Textu ordinauit. Causa.

Sternutamentum.

Recipe. Ozimi.
Basiliconis. ana. ʒ 1. ſ. Puluerizentur subtiliter, & naribus inflentur. Nota tamen, quod Auicenna in secundo Canone, Capite de Bedarungi, seu Ozimo dicit: Quod suo odore causat Sternutationem: Dicens, Quòd si sternutatio fiat ab apostemate, uel ab aliqua repungente, Ozimum non est conueniens. Si uero à materia opilante proueniat, tunc est cõueniẽs. Sternutatorium. Notio.

Ad idem ualet Caput purgium infrascriptum.

Recipe. Aquæ Maioranæ. ℥ 2.
Succi Blitis, residentia facta ℥ 1.
Nucis Moschatæ.
Charyophyllorum. ana ʒ semis. Misce omnia simul, & fiat Caput purgium: Aperit enim uias nariũ. Caput purgium.

De Bothor. Cap. 20.

MVLTOTIENS apparent Apostemata parua in capite pueri, quæ dicuntur Bothor: De quorum numero sunt Morbilli, & Variolæ. Et quandoque in corpore toto pueri apparent infectiones rubeæ, absque apostemate, & ulceratione, uel tuberositate. Bothor quid. Differentia.

Primo, enim Apostemata, quæ dicuntur Variolæ, & Morbilli, possunt prouenire à multis causis. Causa.

Prima causa. rum primaest, ut plurimum residuum sanguinis Mẽstrui, quòd post impregnationem, usq; ad horam partus in uenis pueri detinetur, et cum fœtus exit utero, fit expulsio talis Menstrui, fortificata uirtute ad cutẽ, & fiunt huiusmodi Variolæ, & Morbilli.

Causa, secũda Secunda causa potest esse ebullitio sanguinis, eius putrefactio, & expulsio ad cutem, ex quibus causatur

Causa. Bothor. Secunda causa est corruptio lactis assumpti, quod inficit sanguinem pueri, & expellit ad cutem.

Causa alia. Alia Causa potest esse Aeris infectio, uel Constellatio, istorum Bothor, & Morbillorum. Quidam dicunt,

Obseruatio. quod qui ulcerati sunt, sicut in Alcola, huiusmodi Morbilli sint mortales. Nam sicut Alcola, in una parte ulcerosa, & maligna est, tanto magis Morbilli in toto corpore. Istorum autem quidam dicuntur Violacei: Et omnes isti sunt maligni, quia à materia uenenosa, & adusta. Quidam sunt albi, crassi, & pauci

Differentia inter morbillos. numero, & isti adferunt utilitatem magnam: quia per eos euacuatur superfluitas à corpore.

Cura.

Curatio. Curantur isti Bothor, seu Pustulæ: Si sunt sani, quia albi, pauci, & satis crassi, & tunc curantur hoc modo. Dimittatur, ut maturentur, postquam autem fuerint maturi, aperiantur cum acu, ut sanies exeat, postquam uero fuerint aperti, & aliqualiter mundificati, ut non remaneat uestigium, in consolidando debemus uti exiccatiuis subtilibus: Qualia sunt ista.

Exiccatiuum.

Exiccatiuũ. Recipe. Rosarum rubearum.

Myr=

Myrtillorum.
Foliorum arboris Masticis, quæ dicitur Lentiscus.
Tamarisci. ana. quantum uolueris. Bulliant in. ſ. q.
Aquæ, & cum illa Aqua lauentur Variolæ, et Morbilli.

Vnctio ad idem.

Recipe. Olei Rosarum. } ana ℥ ſemis. Vnctio.
Masticis.
Myrtini.

Miſce, fiat Vnctio. Vbi autem facto ulcere apparet ſanies craſſa: abſtergatur primo ſanies, cum aqua mellis. In qua ponatur modicum ſalis. Vbi autē ſanies ſit ualde craſſa, et multa: Tunc fiat abſterſio, cum aqua ſalis, de Baurach. Hoc facto, conſolidentur ulcera Morbillorum, cum exiccatiuis iam dictis, et poteſt fieri talis Puluis, ad conſolidationem.

Puluis.

Recipe. Thuris. Puluis.
Masticis.
Rosarum rubearum.
Myrtillorum.
Sarcocollæ. ana 3 ſemis. Miſce, fiat Puluis. Facta Conſolidatione, aſpergantur ulcera iſto Puluere ad conſolidandum. Quandoque contingit ulcere uere conſolidato, quod caro ueſicatur. Vnde conueniunt lotiones repercuſſiuæ, et deſiccatiuæ. Facta autem Mundificatione, conueuit Vnguentum de Ceruſa, ſecundum Auicennam, Capite proprio. Canon. Cura.
Quandoque apparent in pueris infectiones rubeæ, et Cura.

istæ proueniunt ex ebullitione sanguinis, à quo pars subtilior exit ad cutim, & tunc experimentum est, ut ponatur sulphur puluerizatum, cum aqua rosata, & lauetur locus infectus. Et hoc experimentum ponit Guilhelmus de Placentia, in Capite de Asahari.

De Tumore Inguinum. Cap. 21.

Cura. PRO cura istius sciendum, quod huiusmodi Tumor adueniens propter nimium flatum, prouenit ex ruptura Syphach corrumpens intestina, quando extenditur, & dilatatur, & facit circa inguina tumorẽ, fissuras, & rupturas, & quandoq; descendit Ventositas ad locum illum, & humiditas sine ruptura & facit illic tumorem. Quandoq; uero rumpitur Siphach, & intestina illa descendunt, & ex tunc, absq; quod aliquid descendat, ad Bursam testiculorum, & tunc uocatur Ruptura Inguinis. Quando autem non rumpitur, sed dilatatur didimus, & foramẽ ipsius Siphach qua dilatatione facta, descendunt ad Bursam Testiculorum aliquando intestina, aliquando aquositas, aliquando zirbus, & tunc dicitur Hernia, uel Ramex. Vnde differentia est inter Herniam, & Rupturam Syphach. Quia in Hernia, & Ramice descendit aliquid ad Bursam Testiculorum, & intumescit Bursa: In Ruptura autem nõ descendit, sed remanet tumor.

Obseruatio.

Notio.

Cura.

Cura. Cura autem huiusmodi Tumoris perficitur infrascriptis remedijs.

Recipe Ameos ℥ semis.

Albuminis

Albuminis Oui. Misce, deinde ponantur super petiam, & ponatur super Tumorem, & ligetur ligatura satis forti. Hoc enim remouet Laxitatem Siphach, exiccando, & stringit foramen ne aliquid descendat.

Aliud.

Recipe. Lupinorum amarorum, ustorum drach. 2. Aliud.
Bulliant in. s. q. Vini rubei, stiptici, usque quo ferè dissoluantur, Deinde pistentur simul, & cum Albumine Oui reducatur ad formam linimenti, & applicetur ut supra.

Emplastrum aliud.

Recipe. Balaustiarum. drach. x. Emplastrũ.
Gallarum drach. v. Puluerizentur subtiliter. Et cum Glutine Piscium dissolutio, in Aceto. Fiat Emplastrum quod applicetur, ut supra.

Emplastrum aliud.

Recipe. Corticum Masticis, Emplastrũ.
Cupreßi.
Et Nucum eius.
Aloes.
Sarcocollæ. ana. drach. 1.
Glutinis Piscium. drach. 1. s.
Glutem cum alijs Gummis dissoluatur, & reducatur ad formam Emplastri quod apponatur, ut supra, extensum super Alutam, uel Corium: Constringit enim fissuram, & rupturam consolidat.

Ad idem ualet.

Si accipiatur aliquod Gluten, & dissoluatur in Aceto, & extendatur super corium: Sanat enim ruptu-

ram in Infantibus, & non in adultis, quia Syphac est membrum spermaticum, quod non consolidatur in adultis.

De Apostemate Vmbilici & eius Tumore, in Puero. Cap. 22.

Causa. CAVSA *istius est, cum inscinditur Vmbilicus, accidit dolor magnus, propter quem attrahuntur humores ad locum, & fit apostema. Quandoq; uero aduenit dolor, & causatur eminentia umbilici, absq; apostemate, cuius causa est uentositas, uel humiditas adueniens loco.*

Cura.

Cura. *Cura istius Apostematis est. Vt prohibeatur quantum possibile est, quod non maturetur. Sed in principio ponantur repercussiua: Sicut Oleum Rosarum, uel Myrtinum, ungendo locum, uel faciendo emplastrum tale.*

Emplastrum.

Emplastrũ. *Recipe. Rosarum rubearum.*
Corticum Thuris.
Corticum Granatorum.
Corticum Myrtillorum. ana. drach. 1. Puluerizentur. Et cum Olei Rosarum. unc. 1. s. Et parum Aceti. Fiat Emplastrum.

Emplastrum ad resoluendum ipsam, & uentositatem.

Emplastrũ. *Recipe. Spicæ Celticæ. scrop. 2. Puluerizentur. Et cum Terebinthina. q. s. reducatur ad formam Emplastri. Quod positum super Locum, resoluit uentositatem.*

tatem. & humiditatem.

Razes circa tumorem umbilici facit hoc remedium infra scriptum, & expertum.

Emplastrum Razis.

Recipe. Lupinorum combustorum. Pani de lino combusti ana. drach. 2. Puluerizetur. Et cum albumine Oui, reducantur ad formam Emplastri. Et extensum super Corium, ad quantitatem eminentiæ, apponatur, & fortiter ligetur. Razes. Emplastrũ

De Vigilijs Infantium. Cap. 23.

CAVSA istarum est, nimia ingluuies, & auiditas, ad assumendum lac. Vnde quandoq; infans suscipit lac, plusquam digerere potest, & corrumpitur in stomacho: Et ad cerebrum effumans pungit illud, et facit Vigilias. Quandoque uero accidit, propter uermes pungentes stomachum, et intestina. Causa.

Cura eorum est.

Vt reuocetur somnus meliori modo, quo possibile est. Vnde Auicenna ponit 4. Remedia infrascripta. Cura.

Linimentum.

Recipe. Corticum papaueris albi. Puluerizentur subtiliter. Et cum Aqua Rosata. Et Lacte. ana. q.s. Fiat linimentum circa tempora, frontem, et commissuram Coronalem. Linimẽtum.

Aliud.

Recipe. Seminis papaueris albi ℥ 1. Puluerizetur subtiliter, et eodem modo, quo supra fiat linimentum. Linimẽtum

Aliud.

Linimẽtum. Recipe. Olei de Lactuca. ℥ 1. ſ. Liniatur frons ut ſupra.

Aliud.

Aliud. Recipe. Olei Papauerini ℥ 1. Liniatur frons ut ſupra.

Obſeruatio. Attendendum, quod ex omnibus ſupraſcriptis poteſt fieri talis Medicina.

Vnguentum.

Vnguẽtum. Recipe. Olei Papaueris albi. Corticum eiuſdem. ana. ℥. ſ. Puluerizentur ſubtiliter. Et cum Oleo Papauerino. Et Oleo Lactucæ. ana. q. ſ. Fiat unguentum. Quod locis ſupraſcriptis applicetur.

Canon. Quandoq; autem adeo inducuntur uigiliæ, et fletus, ut cum iſtis remedijs leuibus, ſomnus induci non poßit. Vnde Mulieres ueniunt ad Opiata, et diſtemperatur cum lacte. Et eſt unum Opiatum magis uſitatum.

Cura. Accipiunt enim de Requie Nicolai, ad quantitatem fabæ, et diſſoluunt cum uno Cocleari lactis, et exhibent.

Regula. Aduerte tamen, quod non niſi urgente neceßitate multa huiuſmodi remedia ſunt applicanda pueris, quia habent cerebra nimis humida: Vnde periculum eſſet, ne incurrant Epilepſiam, uel Apoplexiam, uel ægritudines ſimiles. Ideo Cura melior eſt, regere nutricem, alterare lac, cum frigidis et humidis: Non tamen multum exceßiue, ut Lactuca, et ſimilia.

De Singultu. Cap. 24.

Cauſa. CAVSA poteſt eſſe læſio oris ſtomachi, uel ab aliqua

aliqua re frigida, puta, à materia phlegmatica, existẽte in stomacho, uel ab Aere frigido. Quandoque etiã est à læstone Stomachi facta à corruptione lactis. Quandoq; à Cholera mordicante os stomachi: Et potest esse duplex, scilicet, de Inanitione, et Repletione. De Repletione, ut multitudo alicuius materiæ. De Inanitione, fit à rebus nimis exiccantibus, siccis, à nimia euacuatione quocunq; modo facta, uel à caliditate nimia febrili.

Cura istius.

Quando est à Repletione phlegmatis, uel lactis, ut prouocetur uomitus, cum facilitate premendo radicẽ linguæ, & imponendo pẽnam, intinctam Oleo leuiter, circa guttur, ut euomat, quod est in stomacho, replens ipsum. si autem prouenit ex corruptione lactis, uel à Cholera, præmisso Vomitu, exhibeatur tale remediũ, per Auicennam ordinatum. Cura Cura

Iulep.

Recipe. Nucis Indicæ, puluerizate ℥ 1. Cum Saccharo dissoluto, in succo Cidoniorum, fiat Iulep spissum. Et de isto exhibeatur Cochlear unum, uel duo successiue. Valet enim maxime in singultu, à materia Cholerica, uel lacte corrupto. Et facere unum suppositorium ex melle, post huiusmodi medicinam, est maxime conueniens. Si autem à multitudine lactis, propter gulositatem, tunc facto uomitu, nutrix, procedat in exhibendo lac, diuidendo. Et non permittat Infantem trahere maximam quantitatem lactis, in una uice.

Cura

Cura. Cura autem illius, qui prouenit ex inanitione, est ut procedamus cum humectantibus, & infrigidantibus.

De Vomitu Superfluo. Cap. 25.

Causa. CAVSA istius quandoque est maxima Suctio lactis. Quandoq; est materia Phlegmatica, dilata à capite ad stomachum. Quandoq; est materia cholerica, petens os stomachi ab hepate.

Cura.

Cura. Cura ergo quando prouenit à multitudine lactis, est ut prohibeatur à maxima lactis suctione, si lactare cõuenit. Si est à phlegmate, uel cholera, uel lacte corrupto, confortetur stomachus cum infrascriptis, post quam euomuerit.

Linimentum, quando est à Causa frigida.

Linimẽtum. Recipe. Olei Mastichini.
de Spica.
de Absynthio. ana ℥ semis.
Masticis.
Spicæ.
Corticum Thuris.
Charyophylorum.
Ligni Aloes. ana. ʒ semis. Puluerizentur Puluerizanda subtiliter, & cum Cera. q. s. fiat linimentum.

Cura. Ad idem ualet, si in suprascriptis Oleis calefactis infundatur succida Lana, & aliqualiter expressa, ponatur supra stomachum. Si autem causa uomitus sit cholera, facta euacuatione, stringatur uomitus, cum hac

hac inunctione, uel emplastro.

Inunctio in calida Causa.

Recipe. Olei Rosarum.

Myrtini.

Cydoniorum. ana ℥ 1. Inunctio.

Rosarum rubearum. ʒ 1.

Sandalorum.

Corallorum rubeorum.

Coriandrorum præparatorum. ana ʒ 1. Pulueriz entur puluerizanda, & cum dictis Oleis, fiat linimentum, sine cera, uel cum cera fiat Vnctio.

De debilitate Stomachi. Cap. 26.

CAVSA istius, ut colligitur ab Auicēna potest esse raritas texturæ stomachi, et ista est deterior alijs. Potest etiam esse ex parte cuiuscunq; malæ qualitatis seu complexionis stomachi, maxime autem humidi, & frigidi. Causa.

Cura. Si contingat ex raritate texturæ stomachi, tunc debemus procedere cum hijs, quæ adiuuant partes stomachi: Vnde per exteriora fiant infrascripta. Cura.

Oleum.

Recipe. Olei Cidoniorum. Oleum.

Masticis.

Absynthij. ana ℥ 2. Misce, & infundantur petiæ, in tali Oleo calido, & applicetur stomacho. Per superiora autem fiant hæc remedia infra scripta.

Recipe. Moschi. grana. 4. Liquor.

Dissoluatur in succo Cidoniorum.

Seu

Seu Aqua Rosarum. q. s. Et de isto liquore ponatur in ore Infantis. Nam Moschus sua aromaticitate, & stipticitate confortat stomachum.

Liquor ad idem.

Liquor. Recipe. Succi Cidoniorum, facta residentia ℥. 5. Sacchari Teberzeth, ℥ 1. Bulliant adinuicem, deinde facta ebullitione accipiantur sex, uel septem grana Caryophylorum, & ligentur in petia linea, subtili, & infundantur in liquore supradicto, & exprimãtur, deinde de prædicto liquore, detur Cochleare unũ pro uice.

Ad idem ualet, si scropulus unus Galliæ Moschatæ puluerizetur, & eodem modo infundatur in prædicto liquore, & fiat ut supra.

De Somnis terribilibus. Cap. 27.

Causa. CAVSA istorum (secundum Auicennam) est nimia repletio lactis corrupti, effumantis ad cerebrũ, & inducentis diu insomnia.

Cura.

Cura Cura istorum secundum ipsum est, ut stante tali repletione, prohibeatur puer à somno, & à nutrice remoueatur hinc inde. Ita quod somnus prohibeatur usque quo lac descenderit.

Mel. Recipe. Mellis puri, Cochleare semis, pro uice, & exhibeatur infanti. Nam abstergit stomachũ à lacte, & expellit ad inferiora. Item faciendo Suppositoria ex Melle: Nam trahunt ad inferiora lac corruptum. Rhazes in libro Experimentorũ uocat hãc ægritu-

Rhazes.

ægritudinem, matrem puerorum.

De Apoſtematibus accidẽtibus intra Os, & Guttur, & dicitur ſpecies Synanchis. Caput. 28.

CAVSA *iſtius ut plurimum eſt à materia deſcẽdente à capite ad guttur, quæ eſt miſta ex cholera et phlegmate.* Cauſa.

Cura.

Cura huiuſmodi eſt ſoluere uentrem cum ſuppoſitorio facto ex Melle cocto, cum modico puluere hyeræ ſimplicis. Dein accipere Rob de Moris immaturis. Vel Succum eorum, & pone in ore pueri, cum modico lactis. Et confert etiam exhibere Diamoron, ordinatũ à Meſueo, quod fit ex moris immaturis in principio, cum modico lactis. Vel accipe modicum Syrupi Myrtini. Et exhibe Cochlear ſemis, ut ſupra, pro uice, cum Lacte. Exterius autem conuenit inungere partes gutturis, cum Oleo Amygdalarum dulcium: Et Violarum, ſimul miſtis. ana, partes æquales. Et hæc ſunt remedia, quæ conueniunt à principio ægritudinis huiuſmodi. Suppoſitoria. Syrupus Myrtinus. Oleum.

In cæteris autem partibus, procedatur ſecundũ quod proceditur in Synanchi. Et forte Auicenna per huiuſmodi cauſam intellexit in Textu Synanchem. Canon.

De Oregmone, quando Puer dormit, aliâs Oſcitantia. Cap. 29.

OREGMON *in Infantibus accidit à materia phlegmatica,* Cauſa

phlegmatica, ſubtili, & aquoſa, ſapiente aliquid uiſcoſitatis, cui obuians Aer ſupercalefactus in corde cauſat ipſum ſonitum.

Cura iſtius eſt.

Cura. *Accipe Semen Lini, & miſce cum melle, aliqualiter decoquendo, & exhibe cochleare ſemis Infanti pro uice: Nam ratione Mellis abſtergit uiſcoſitatem, exiſtentem in canna pulmonis: Et ratione ſeminis Lini, applanat Cãnam. Et ſi materia eſſet craßior, fiat hoc Remedium.*

Miſtura.

Miſtura. *Recipe. Seminis Lini, ſubtiliter puluerizati drach. ſem. Mellis cocti parum. Miſce, & detur Infanti Cochleare ſemis, pro uice cũ modico Lactis lãbendo.*

De uentoſitate Infantis in Capite.

Cap, 30.

Cauſa. CONTINGIT *aliquãdo in Capite Infantis, uentoſitas multa, extendens Panniculos cerebri, & cutem capitis, & contrahitur à puero, multa humiditate craſſa exiſtente in capite, & uiſcoſa, obtundente te calorem naturalẽ cerebri: unde humiditas illa conuertitur in uentum.*

Cura eius eſt talis.

Cura. *Recipe. Origani.*
Cimini.
Caſtorij. ana. ſcrop. ſemis. Puluerizentur ſubtiliter. Et de iſto Puluiſculo dentur grana. iij. diſſoluta in lacte nutricis modico & exhibeatur.

Notabis

Notabis hic, quod ista uentositas potest generari, à calido diminuto, & sic generatur subtilis uentositas. Canon.

Aliquando generatur crassa, & fumosa, à uehementi Caliditate, faciente ebullitionem in illa humiditate crassa. De qua uentositate loquutus est hic Auicenna In cuius cura conueniunt subscripta. Causa

De secunda mentionem fecit idem prima tertij, Capite de Araxa, à uentositate, in Capite proprio. Altera.

Cura.

Pro cuius cura dat Remedia frigida, ad extinguēdum uehementiam caloris. Vnde applicat Rosas rubeas, huiusmodi infrigidantia. Cura

De Exitu Ani, seu Intestini. Cap. 31.

CAVSA huius est lubricitas uentris, propter humiditatem descendentem, quæ mollificat musculos Ani: Vnde quotiescunq; assellat, exit Anus, & post secessum, remanet multotiens extra, & cum maxima difficultate potest intromitti. Ita taliter extra indurat ur ut ex se retrahi nequeat. Tunc in isto casu, obstetrix, uel nutrix lauet anum, cum Decocto Maluæ, ut mollificetur, leniatur, & intromittatur: Et si per seueret Exitus Ani, fiat sequens Remedium. Causa Decoctio Maluæ.

Balneum.

Recipe. Rosarum rubearum. Balneum.
Myrtillorum.
Sumachij.
Maliconij. id est. Corticum Granorum.
Balaustiorum.

Gallarum.

Gallarum.

Nucum Cupreßi. ana ʒ 1.ſ. Contundantur parũ, & bulliant in ſ.q. Vini nigri, & pontici. Deinde ſedeat Infans, ſi poteſt, in hoc Balneum. Et ſi non poteſt, accipiat nutrix ſpongiam, & infundatur in tali liquore, & applicetur Ano, poſtquam Inteſtinum eſt intromiſſum. Et antequam intromittatur, lauetur Anus, uel illud quod exit, cum prædicta decoctione: Et tunc ungatur Anus cum Oleo Omphacino, et Myrtino, & deſuper apponatur puluis iſte.

Oleum Omphacinum.

Puluis.

Recipe. Corticum Granatorum.

Roſarum rubearum.

Balauſtiorum.

Myrtillorum. ana ʒ .ſ. Puluerizentur ſubtiliter omnia, & de iſto puluere aſpergatur Anus, deinde intromittatur, & poſtquam intromiſſus eſt Anus, fomentetur, ſuffumigetur, cum prædicta decoctione.

Puluis.

De Tenaſmone. Cap. 32.

Cauſa.

TENASMON in Pueris ut plurimum accidit ex frigore.

Cura.

Cura eſt.

Recipe. Origani.

Cimini. ana ʒ 2. Puluerizentur ſubtiliter, & cum Butyro ueteri liquefacto miſce, et liniatur Anus cum tali liquore.

Liquor.

Ad idem.

Recipe. Per Anum fumum decoctionis Origani.

Cala=

Calamenti.
Rutæ.
Pulegij. Infundatur Spongia in tali liquore, et applicetur Ano.

Aliud.

Recipe. Lini. Linimẽtum.
Melegetæ: Et eius grana. ana. Manip. 1. Bulliant in Vino rubro, & ponantur in Sacculo, & applicentur.

De Vermibus. Cap. 33.

QVIDAM sunt Vermes in uentre puerorum, parui, rotundi, & nascuntur ut plurimum in Intestino recto: Quidam sunt longi: Quidam sunt lati. Primi nascuntur in Intestinis inferioribus: Secundi in superioribus: Tertij in medijs Intestinis. Quotupli ces Vermes.

Cura est talis.

Recipe. Pulueris Sementinæ: Et sit ex herbis ualde amaris: Qualis est Centaurea, Semen Centonici: Et de isto puluere accipiatur ʒ 1. Cum lacte: Et exhibeatur Infanti. Puluis.
Fiat etiam Vnctio contra Vermes, hoc modo, qua ungatur Venter pueri.

Vnctio.

Recipe. Olei de Absynthio. Inunctio.
de Amygdalis amaris. ana ℥ 1.
Absynthij.
Menthæ siccæ.
Pulegij. ana ʒ ß.

Radicis Dyptami.
Tormentillæ.
Zeodariæ.ana ℈ 1. Puluerizentur puluerizanda. Et cum modica Cera, fiat Inunctio. Cum qua ungatur uenter.

Aliud.

Vnguentum Recipe. Florum Absynthij.
Marrubij.
Persicorum. ana. Manip. 1. Pistentur huiusmodi res recentes, deinde ponantur supra Tegulam calefactam, & aspergantur aceto forti, & postea inungantur supra Ventrem.

Emplastrum.

Emplastrũ. Recipe. Foliorum Absynthij.
Persicorum. ana. Manip. 1. ſ.
Seminis Nigellæ.
Sinapi. ana ℥ 1.
Zedoariæ ʒ .ſ.
Tormentillæ.
Dyptami albi. ana. Manip. ſ. Bulliant omnia simul in ſ.q. Aquæ, ad perfectam decoctionem: Deinde pistentur in Mortario, & cum Oleo de Absynthio, & Oleo Amygdalarum amararum, reducatur ad formã Emplastri, & super ponatur Ventri.

Ad idem ualet.

Clystere Suppositorium. Clystere ex lacte solo. Similiter ex melle cocto Suppositorium.

De

De Excoriatione Coxarum. Cap. 34.

MVLTOTIENS accidit Excoriatio in Coxis, propter feces, & urinam, quæ retinentur in illis partibus cum infantes sunt fasciati. Causa.

Cura.

Cura primo est abstergere, si quid saniei est, & prohibere excoriationem: Vnde lotio illius partis, cum Aqua Rosarum solum est conueniens. Et Lotio facta ex Lacte. Similiter inunctio cum Oleo Rosarũ cum aqua Myrti. Curatio. Lotio. Inunctio.

Ad idem ualet.

Si accipiatur Myrtus, et pulverizetur subtiliter, post lotionem aspergatur supra locum ulceratum, Resoluit enim, & cutem condensat. Liquor.

Ad idem ualet.

Farina Lentium. Linimẽtum.

Farina Hordei. Mista cum Oleo Rosarum, ad modum Linimenti.

Vnguentum.

Recipe. Vnguenti Cerusæ.

Vngnenti de Lythargirio. ana ℥. ſ. Remolliatur cum Oleo Rosarum. Et Omphacino. Et inungatur locus excoriatus, & ita curabitur. Vnguentum

Attende, si non habeatur Oleum Omphacinum, fac Oleum de Rosis immaturis, ut ex Oleo Rosato. Obseruatio.

FINIS.

DE EADEM TRACTATIONE APPENDICVLA, priore haud minus frugifera, per Doctorem Georgium Khuefnerum Iuniorem exarata.

CAPVT. I.

ADSTRICTAE, QVIN ET solutæ nimium Alui Pusionum Remedia.

ALVVS ADSTRICTA.

Aluus adstricta si puerulus ægre cunniat.

QVOD si durior, & adstrictior sit Infantis Aluus, Mel Cibo adiectum dabimus. At si nec sic quidē deijcit, nec oletum facit, Resinā Terebinthinā, ciceris magnitudine adijciemus. Medelæ quibus in excernendi difficultate peculiariter utimur ego, et parens, sunt hæ. Balanus nimirum ex sale, & melle confectus.

Aegineta. lib. 1. Ca. 6.

Balanus.

Aliud.

Glandes.

Recipe. Porrum, & remota radice, quadripartito discindatur, & super quamlibet particulam proijciantur terna Salis grana, & glādis instar administretur, sede

Sede prius illita Rhodino tepido, siquidem prompte stercus extorquet. Quandoque sum usus eiusmodi Clysterio, quod citra noxam oletare facit.

Recipe. Olei ueteris purissimi. ʒ x. Enema.
Sacchari rubei ʒ i.s.
Luteum Oui recens nati. 1.
Salis parum. Misce, fiat Enema.

Ventrem quoque leuat Epomphalion subsequens. Epomphalion.
Iuglandis putamen impleatur butyro, quod umbilico tenus admoueatur. Inuncto prius toto uentre subscripto Diachrismate. Diachris.

Recipe. Olei Amygdalini dulcis.
Butyri recentis. ana ʒ. iij. Misce simul, liquefacto prius butyro, & fiat unctio.

Ad mouendam aluum Aeginetanum remedium. Si nihil deijciat, aut, excernat puer, aluus ipsa, melle in formam balani redacto, leniter irritetur: Prodest etiam Nepita, seu Calamintha trita, atque cum Melle illita. Paul. Aegi. Balanus. Nepita. Calamintha.

Pro Constipatis.

Aluum emollit Vnguentum Mollitiuum, sequens. Vnguentum Mollitiuum.

Recipe. Adipis Gallinæ.
Adipis Anseris. Anatis.
Butyri recentis. ana. ʒ iiij.
Olei Camomælini. Lilini.
Amygdalini. ana. ʒ iij.
Medullæ uitulinæ. ʒ ij. Cum competenti pondere ceræ, fiat ad modum unguenti. Quo pectus, latera, & uenter, mane, & sero perungatur.

Lenitio Ventris.

Haustus. Recipe. Lactis uaccini.q.v.
Adde Sacchari Tabarzeth. Et ede.

Euacuatio Decennalibus competens.

Mistura. Recipe. Carnium Ficuum pinguium.
Passularum enucleatarum ana ʒ i.
Iuiubarum exossatarum. num. x.
Medullæ Cassiæ fistulæ optimæ. ℥.ſ.
Electuarij de Sebesten.
Diaprunis: Omnium Solutiuorum.ana.ʒ iij.
Cum conditura de Chebulis. Vel Emblicis.
Fiat Mistura: Dosis ʒ i.

Vnguentum stomachale, faciens secessum.

Vnguẽtum Stomachale Recipe. Aloes Succotrini.
Dictamni. Gentianæ.
Sementinæ. Seminis Portulacæ.
Fellis Tauri.ana. ʒ i.
Scammoneæ ℈ i. Omnia cum Butyro incorporentur: Ex hac Mistura impleatur testa nucis, & umbilico applicetur, & alligetur Facit secessum, & est mirabile.

Pastilli Cathartici pro Pueris.

Pastilli Catharrici. Recipe. Folliculorum Senæ ʒ xiij.
Zingiberis albi.
Polypodij.
Liquiritiæ.
Mannæ Granatæ.ana. ʒ i.ſ.
Charyophyllorum electorum.
Cinnamomi interioris acuti.
Rhæobarbarici electissimi.

Semi=

Seminis Anisi. Et Foeniculi. ana. ʒ i.
Sacchari. Lotones. ij.
Fiat Confectio in rotulis. Saccharo in aqua Betonicæ dissoluto, & deaurentur. Dosis respectu ætatis.

Iulepus Lenitiuus.

Iulepus. Lenitiuus.

Recipe. Iulepi Violati.
Iuiubini. ana ℥ ij. ſ.
Aquarum Maluæ.
Betonicæ.
Scabiosæ. ana ℥ ij. uel v. Dissoluatur in eo.
Diaprunis simplicis.
Electuarij lenitiui.
De Sebesten simplicis.
Diacatholiconis.
Casiæ fistulæ cũ Manna. ana ʒ i. Potest tertia pars huius Recepti præparari. Misce supradicta singula, fiat potus, de quo mane & sero, Cochlearia 2. uel 3. uel etiam 4. bibat.

Cura in Puella septennali. multum Constipata experta à me puer.

Clystere.

Recipe. Florum Camomillæ. p. 3.
Fenugreci.
Lini. ana. parum. Bulliant in brodio gallinæ, unica bullitione, post coletur. In Colatura ponantur.
Mucilaginum communium ℥. ſ.
Olei Liliacei.
Butyri recentis. ana ℥ 1. ſ.
Florum Caßiæ iam recens extractæ. ℥. ſ. uel ʒ iij.
Salsuginis parum. uel ʒ iij. Fiat Clystere, ad ℥ x.

uel xv. Aut paulo plus.

Ad Duritiem, & Constipationem Ventris.

Potus. Recipe. Ficuum.
Passularum.
Sebesten.
Iuiubarum.
Prunorum.
Tamarindorum.
Caßiæ. ana. parum. Fiat decoctio in aquis Borraginis. Et Bugloßæ. q.s. Coletur, & in colatura dissoluantur.
Electuarij Lenitiui.
Diacatholiconis.
Caßiæ cum Manna Magistralis. ana ℥. s. Misce, fiat Potus ad tres haustus: Capiat singulis noctibus, circa mediam noctem haustum unum.

Ad Torsionem Ventris.

Torsio Ventris. Recipe. Maluæ. Nasturtij.
Parietariæ. Hederæ.
Sacculus pro Balneo. Florum Camomillæ.
Furfurum Triticeorum.
Farinæ Fœnugreci. Radicis Euisci.
Chartami ana. Manip. s. Ponatur in sacculo, & fiat decoctio pro balneo.

Dolor Ventris.

Dolor Ventris Oleum Anodynum. OLEVM ad immensum uentris Puerorum dolorem expertißimum

Recipe.

Recipe. Oleorum Anethini.
Camomælini. ana. ʒ vi. uel ℥ vi.
Olei Ruthacei.
Styracis liquidæ. ana ʒ iij. uel ℥ iij.
Puluerис Cimini. ʒ ij. uel ℥ ij. Bulliant omnia una bullitione. Deinde coletur, & usui reseruetur: Et quando oportuerit ungatur locus dolorosus, & expertum est.

Nimium Alui Profluuium.

EGESTIONEM nimiam sistentia medicamina. Si tamen Aluus plus satis profluit, fiat Epithema constrictiuum, concinnatum.

Epithema. Cõstrictiuũ.

De Farina Triticea.
Puluere Arnoglossæ.
Vel Centinodij.
Vel Pulicariæ.
Cum exiguo Aceti. Nec non Albuminibus.
Adiecto Puluere Rosarum.
Thuris. Mastyches.
Boli Armenij. Sanguinis Draconis.
Absynthij. Costi.
Balaustij. Et similium.
Feruefiant omnia in ſ.q. aquæ pluuialis, ultra dimidij excoctionem: Quo decocto uenter imus epithimetur, fomentetur, & balneetur.
Item accipe duas partes Consolidæ minoris.

Emplastrũ.

De Plantagine. Et Lanceolata. ana ʒ i.
Et cum succis distemperaglissem, siue Leucargillon,

&

& fac in modum Emplastri: Malaxando inter manus, & super imponatur umbilico. Quippe mirandũ modum foriolis auxiliatur.

Porro lubrico pueruli uẽtri Milium impendio quàm, compescendo prodest.

Dysenteria Puerorum.

Dysenteria. Pro Dysenteria Puerorum Salsa.

Salsa. FIAT Salsa ex granis, seu fructibus, uulgo Elssenber dictis.

Addendo sacchari penidiati.

Et puluisculo de Corallio rubro.

Et Nucis Moscatæ. Necnon Sandali rubri, ana. debitam portionem. Et est expertum pro Pueris aluinis.

Cura experta in nobili quodam Puero nouennali, qui Dysenteriam sæuißime patiebatur.

Haustus. Decoquatur in primis Vesicæ Antacæi, idest Husonis fructum unum in uino rubello, duabus, uel tribus bullitionibus: Bibatur de eo.

Vtendum in cibo, & potu sequenti Tragea.

Tragea. Recipe. Specierum Diacameron ℈ iiij.

Boli Armenij. ʒ ß.

Mastyches.

Rasuræ Eboris.

Corallij rubri. ana ℈ i.

Sacchari Penidiati. unc. iij. Fiat Tragea. bibatur ex Lacte Amygdalino. Vel Vino nigro.

Aliud ad idem.

Recipe.

Recipe. Silices fluminis.numero.iij.
Igniantur,& extinguantur cum Aqua: In qua bulliat Vesica Husonica, unciaria portio, & cum illa aqua fiat lac Amygdalinum. Cui apponantur Albumina Ouorũ bene agitata,numero. iij. Et optimè sistit Profluuium Alui. Lac Restrictum.

Potus æquiualens superioribus.

Recipe.Foliorum Quercus. Haustus.
Tapsi barbati. Spicænardi.ana.Manip.1.
Decoquantur in Aqua,& bibat. Edat mane,& nocte Castaneæ quantitate Saccharum Berberorum. Canon.
Post modicum bibat de Syrupo acoris Citri. Et de Agresta. Et continuet sic per octiduum.

In dysenteria expertißima Cura.

Mane edat Zedoariam, & diu in Ore contineat post deglutiat. Zedoaria.

Potus ieiune sumendus.

Recipe. Aquarum Rutæ. Potus.
Aquarum Absynthij.
Abrothani.ana.unc.1.
Pulueris Dyptami albi. drach.1. Misce, sumatur ieiune, & quamdiu potest superieiunet. Vel bibat aquam decoctionis Abrotani. Et Dyptami. Aqua decocta.
Per hebdomadam bibat, semper in mane haustum.

Puerorum Dysenteriam sine dubio abarcet.

Recipe. Acedulam infusam in Aceto forti, inuolue in stuppis, Aceto intinctis,& coque sub prunis, postea extrahe succum,& da ipsum bibere. Sic quidem curabat omnes Dysentericos. Potus.

Aliud

Potus alius. Aliud pro Pueris.

Recipe. Hepar Bubulum. Aut Arietinum. Seu Mutoninum. Torrefactum assando, tantum, ut puluerari queat. Detur cum lacte Chalybeato. Vel in quo flores Verbasci bullierint: Est expertissimum.

CAPVT. II.

Auricularis Morbi Remedia.

Auriũ vitia Licinium. QVORVM Aures humectationes obtundunt, easdem lana, ex alumine indita, commode licebit arefacere.

Instillatio. Vel Oenomelite, quod est Vino Mulso, seu lustrico, in aurem instillato, siccare, & eluere.

Alia Instillatio. Nec abs re fuerit, Crocum ex Mero tritum, stillatim irrorare.

CAPVT. III.

Exitus, Abscessuumq; ani medicatio.

Contra exitum Ani expertum.

Glandes. LINIATVR Anus prominens pice liquefacta, & superadsperso puluere Aloes, intrudatur: Et est sæpius expertum.

Ad Apostemata Ani.

Emplastrũ. Recipe. Vitellum Oui decocti. i. Et pistetur cum Tragacantho. Oleo Rosarum. Syrupo Rosarum. Fiat Emplastrum.

Aliud

Aliud ad idem.

Recipe. Summitatum Papaueris albi. Emplastrũ.
Hyosciami. Portulacæ.
Vitellum Oui. Micæ Panis.
Olei Rosarum. Fiat Emplastrum.

Aliud ut supra.

Recipe. seminis Lini. Fœnu greci. Emplastrũ.
Gummi Arabici. Foliorum Caulium.
Olei Camomælini.q.s.fiat Emplastrum.

Ad exitum Ani,uel intestini recti.

Recipe. Mastyches. Thuris. Puluis ad
Nucis Cupreßi. Anthimonij. prominẽtiã
Corticum Granatorum. Balaustiorum. Coli.
Glandium ana.drach.ij.
Misce fiat Puluis:Et utere,quia bonum.

Alius Puluis ad idem.

Recipe Testarum concharum. Puluis ad
Vitrioli Romani. Albi græci.ana.drach.i. idem.
Fiat Puluis inspersorius.

Vnguentum ad idem.

Recipe. Aloes. Thuris. Vnguentũ.
Bdelij.ana.drach.s.
Thuris masculi,id est Olibani.drach.i.
Pulueris contra ficus Ani,ut infra.drach.i.
Cerusæ.drach.ij. Pinguedinis Anatis.
Ardeæ. Olei Rosati.q.s.
Fiat Vnguentum. Addito parum Ceræ,

Ad idem aliud Vnguentum.

Recipe.Oleorum Camomillæ. Vnguẽtum.

Anethini.

Anethini. Violacei.ana.unc.ſ.
Pinguedinis Anatis.drach.iij.
Vitellorum Ouorum.numero.1.ſ.
Thutiæ preparatæ.drach.1. Ceruſæ.
Lythargirij abluti.ana.drach.ſ.
Croci gr.V. Ceræ.q.ſ. Fiat Vnguentum.

Pulueris contra Ficus Ani deſcriptio talis eſt.

Puluis, ad ſicoſes, & Vnguentum.

Recipe. Axungiæ porcinæ antiquæ.
Axungiæ Cerui.ana. Diſſoluantur lento igne, Deinde incorporetur, cum eis puluis Cænobrij. Iungatur expertum eſt.

Ad Exitum Ani.

Vnguẽtum.

Recipe. Sanguinis Draconis.
Terræ Sigillatæ. Aluminis rochiæ.
Tormentillæ. Hypocyſtidos.
Pyrethri. Gallarum.
Atramenti ſicci.
Thuris maſculi.ana.drach.1. Fiat Puluis.
Axungiæ Porcinæ non ſalitæ.q.ſ. Fiat Vnguentum.

Pruritus Ani.

Contra Pruritum, & dolorem Ani.

vnguentum

RECIPE. Thutiæ lotæ.
Roſarum. Ceruſſæ.
Plumbi uſti, loti.ana.partem.1. Croci.part.iij.
Vitelli Ouorum aſſi.partem.1.
Olei Roſarum.q.ſ.
Fiat Vnguentum, quo liniatur Locus.

Contra idem.

Saſſio.

Saßio decoctionis Acetosæ. Lapatij. Lauacrum.
Maluæ. Violariæ.
Fumiterræ. Meliloti. Et Lupinorum.
Quoniam sedat, abstergit, & resoluit.

Aliud Vnguentum mirabile, sedans dolorem Ani.

Recipe. Lythargirij. Amydi. ana ʒ viij. Vnguentum
Cerussæ. ʒ ij. Ceræ. ℥ iij.
Butyri. Pinguedis Anatis. ana ℥ 2.
Olei Sesamini. q.s. Pro Vnguento molli.

Ficus Ani.

PVLVIS Hermodactylorum, Et limatiarum suppositus ualet. Ficus Ani. Pessarij Vnguentum.

Contra Ficus Ani expertum Vnguentum.

Recipe. Sepi Cerui. Dissoluatur lento igne:
Exinde adde Adipem Ardeæ. Incorporetur, et formetur Vnguentum, Applicetur.

CONTRA SYCOSES IN ANO puluis expertus. D.M. Peysseri.

Recipe. Gallarum (melius opinor Galle Omphacitidis) q. v. Terantur in Puluerem. adde Puluis. M. Peysseri.
Oxyrhodini. id est, Aceti rosati. Et temperentur simul: Superponatur loco dolenti, ubi Sycoses apparent, & quotiescunque inaruerit, denuo ex dicto liquore acido rursum irrigetur, & subuuido panniculo exceptum reponatur super locum, ut supra.
Quod si apertæ fuerint Sycoses, aridum adponatur medicamen, per modum Hygremplastri: Sin apertæ, xerion emplastrum conueniet. Vltimum tandem,

&

& quod ſæpius expertum eſt, iuuamentum eſt Verrucaria in puerorum ficubus per modum Inſpergij uſurpata.

Ani Inflatio.

Inflatio Ani Emplaſtrũ Rhazanum

Recipe. Corticum Granatorum. Coquãtur cum uino cocto uehementer. Deinde diſtempera eas cũ Oleo roſarum, ſuperpone modo emplaſtri.

Ani Intertrigo.

Intertrigo Ani. Damiani Cura. Valla.

Intertrigo Ani curatur Cornu Cerui uſto, & ſuppoſito.

Aliud Vallæ.

Cum ibis uiam, Abſynthij pontici ſurculum, Ano ſupponito.
Succus Argẽtariæ inditus Ano, Intertrigini medetur.

Anus Cancrenatus.

Vnguentum pro ano Cancrenato.

Anus Cancrenatus. Barthol. Mõtegnanus vnguentum. Virtus vnguenti.

Recipe. Vnguenti de Ceruſſa. lib. 1.
Plumbi uſti. ℥.ſ. Thuris.
Myrrhæ ana. ʒ.ij.
Lythargirij diſpumati. ℥.i.ſ. Incorporẽtur in mortario, ultima contritione. Valet in cancroſis ulceribus, & oſtrachoſis, ereſypælatoſis, & omnibus dependentibus ab humoribus acutis, corroſiuis, & corruptis, Venenoſis.

CAPVT. IIII.

Andiua.

Oleum meũ

OLEVM pro doloribus omnibus Puerorum ſedandis

dandis optimum, & expertum.

Anodynum exptißimũ.

Recipe. Oleorum Anethini.
Camomælini ana. ʒ.vi.
Olei Rutacei.
Styracis aliquidæ. ana. ʒ iij.
Pulueris Cimini ʒ ij. Bulliant omnia una bullitione deinde coletur, & usui reseruetur: Et quando oportuerit, ungatur locus dolorosus, & expertum est.

Vnguentum Anodynum Cerusatum, refrigerans, Petri Hispani.

Vnguẽtum Anodynum Petri Hispani.

Recipe. Olei Rosarum. Violarum. ana. ℥ ij.
Cerusæ lotæ, cum Aqua Rosarum ℥ i.
Camphoræ ʒ i. Opij Thebaici ∋ .ſ.
Albuminis Oui. num. 2. Incorporentur bene, fiat Vnguentum.

Ad ulcera Cancrosa, atque dolorosa, in quacunq; corporis parte. præsertim Tibiarum.

Anodynum expertißimum.

Recipe, Butyri recentis, bene despumati. q.v. Et ita feruide fundatur in Mortario plumbeo agitetur pistillo plumbeo, ad octo horas, stet octo horis in loco calido, in mortario, & iterum agitetur, usq; dum infrigidabitur. Vngantur ulcera dolorosa, Ostrachosa: Et si uis habere in forma Emplastri, adponatur parum ceræ: Est res experta in sedando omnem dolorem.

Aliud Anodynum.

Anodynum aliud æquiualens.

Recipe. Auenæ. partes ij.
Seminis Lini. partem. i. Contundantur optimè in mortario, Deinde optimè decoquatur in aqua, & loco superponatur, in forma Emplastri: Valet contra

Eresypelam, contra apostemata neruorum, & dolorem eorum.

Ad idem ualet.

Anodynum commune.

Plantago maior decocta in aqua, applicetur loco.

Emplastrum uel unguentum mollificans ac leniens omnem duritiem neruorum, & innctura rum, sedansq; dolores in eis, & confortans omnes iuncturas uehemẽter extenuatas.

Emplastrũ, vel vnguentũ Stockero vsitatissimũ

Recipe. Muscilaginis Fœnugræci.
Althææ. Seminis Lini. ana unc. 4.
Medullæ Crurium Vaccæ. unc. 2.
Adipis Porci colati. unc. 4. Olei Lini.
Olei communis antiqui. ana unc. 2.
Ceræ. q. s. Fiat Vnguentum, uel Emplastrum.

Vnguentum Anodynum Bartholo. Mõtegnani.

Vnguentum mollificans Siphir os, quod sublime est in Apostematibus melancholicis, & alijs duritiebus, mollificans neruos, & iuncturas. Et si uis magis sedatiuũ tunc adde.

Vitella Ouorum num. 3.
Croci. ʒ. i. Si uis extreme penetratiuum, resolutiuum, & etiam mollificatiuum. Adde
Bdellij. Aluminis. Armoniaci.
Dissolutorum in Aceto albo, & acuto. ana. unc. i. s.
Recipe. Oleorum. Sesamini.
Amygdalini dulcis. ana. unc. 4.
Butyri. Medullæ Crurium Bouis. ana. unc. iij.
Pinguedinis Anatis. Gallinæ. ana. unc. i.
Ceræ albæ. unc. 2. Misce, & fiat Vnguentum secundum artem.

Vnguentum

Vnguentum aliud Anodynum Bartholomæi Montegnani, in Nephritide dolorosa, pectoris uitijs, sedans dolorem membrorum neruosorum, & in quacunque corporis parte.

Ad idem vnguentum eiusdem.

Recipe. Olei Violarum Citrinarum. lib. i.
Amygdalarum dulcium.
Liliorum alborum. ana. ℥ vi.
Butyri recentis. ℥ iiij. Croci ʒ ij.
Ceræ albæ. lib. ſ. Olei de semine aneti ʒ ij.
Pinguedinis Anatis ʒ ij. Fiat Vnguentum.
In cuius fine adde. Vitellorum. ouorum num. iij.

CAPVT. V.

Capitalium Adfectionum Pusillis Accidentium Medelæ.

DE SYRIASI, HOC EST CAPITIS Infantum Ardore.

Syriasis Infantum. Vnguētum. Vnguētum Aeginetanū

EIVS remedium est. Oui Hecithos, hoc est rubrum, cum Rosaceo, scyncipiti, seu potius caluariæ, pigmenti specie superimpositum: Sic tamē ut aßidua mutatione renouetur. Extat apud Aeginetam, Galenicum Abbreuiatorem, aliud contra Syriases præsidium. Vt uidelicet Hiliotropij (quod Graij Scorpiuron, Romani Solarem appellant) fōlia, Cucurbitæ ramenta, Cucumeris, atq; Peponum, adaiacentem Carni pellicullam, Solani Hortensis, cum Rosaceo Cremorem Cranio adhibeamus.

Porriginis Medelæ.

Pityriasis puerorum Vnguẽtum Aristotelicũ in porrigine exptissimũ.

Vnguentum Aristotelicum, ex recitatione Isaaci: Valens ad Pityriasin, seu Porriginem puerorum.

Recipe. Salis. Fuliginis.

Olei Oliuæ.

Picis liquidæ. ana. partes æquales. Tere, hæc omnia, & fac Vnguentum: Et Tineoso Capiti, de quo fuerint Capilli extracti superimpone: Et miraberis sanitatem ipsius, & redundantiam capillorum

Tineæ Capitis. Vnguẽtũ ad Tineas Capitis.

Ad Tineas Capitis.

Vnguẽtum ad Pityriasim expertũ

Recipe. Pulueris Bryoniæ. Misce cum Melle, pone super scabiem tineosam Capitis.

Vnguentum æquiualens probatissimum.

Recipe. Olei Rosarum.

Iuniperi. ana. q. v.

Sulphuris. Aeris uiridis.

Stercoris Columbini. ana. q. v. Terantur, & conficiantur omnia simul, ad formam Vnguenti: Ex hoc ungatur locus tineosus, stet ad tres dies, & iterum ungatur locus Tineosus, & perfecte curabitur.

Capitis Dolor in causa Calida.

Dolor Capitis.

Epithema.

Canon.

Obseruatio.

CONTRA dolorem capitis puerorum: Epithimetur frons linteolo madefacto, ex lactæ. Caueat à Vino, & rebus fumosis talis Infans, uel puer. Et attẽdendum num habeat secessum, uel non: si non haberet, proritetur aluus, & leniatur suppositorijs saponaceis uel mellitis. Nam adstricta aluo, fumi ex stomacho,

macho, & uapores ascendunt, ad caput, & turbant caput.

Contra dolorem, & Calorem Capitis.

Recipe. Aquæ Rosarum. ℥ 2. uel 3.
Trium Sandalorum. ana drach. s.
Camphoræ. Croci. ana. drach. s.
Misce pro Epithemate, & illinatur frons.

Epithema meũ expertum in dolore vehementissimo capitis.

Linimentum frontale, in Cephalea.

Recipe Aquarum Cucurbitæ.
Rosarum ana unc. 3. Aquæ Violarum.
Nympheæ. ana. unc. 2.
Misce cum Albumine Oui. Oleo Rosato.
Et exiguo Aceto, ad penetrandum.
Fiat Epithema: Et infusa petia in tali liquore, applica fronti.

Linimẽtum meum vsitatissimum in Cephalea.

Inunctio contra dolorem, & calorem Capitis.

Recip. Olei Violati. Rosati ana unc. 1.
Aceti unc. s. Camphoræ drach. ij.
Bene misceantur inuicem: Et fiat Oxyrhodium, & applicetur capiti, & fronti, & sæpius intincto in eo linteolo.

Inunctio a me multoties in intẽtissimo calore, & dolore capitis experta

Aliud.

Mucilago Cidoniorum epithemata.

Aliud Epithema.

Mucilago Psyllii infusa Rhodostomate, Et Aceto.
Cum reticulo, uel linteolo fronti applicetur.
Potest imponi de Sandalis. Croco. Et Camphora si lubet.

Epithema. Epithema optimum in Cephaleæ.

Capitis Dolor ex Frigida Causa.

Epithema meum refrigerans

RECIPE. Olei Spicæ odoriferi ℥ 1.
Pulueris radicis Rhodiæ.
Violariæ Venetianæ.
Pulueris Caryophyllorum. ana ℈ 1. Misce, fiat Epithema.

CAPVT. VI.

Cosmatica Remedia.
Nutritio, Tinctio Crinium.

Nutritio, et Tinctio Crinium.

SI quis cupit Infantulorum Comas nutrire, atq; tingere, albo, flauo, uel aureo colore: Recipiat Succum radicis arboris Vibicis: Vel aquæ ex ea, in Apri li, aut Maio mense extillantis: Vtatur post ablutionem Capillorum: Valde decorat Crines Infantulorũ, in aureum Colorem, presertim si exponantur Soli.

Aureum Capillorum efficiunt Colorem.

Lixiuia flauos reddentia Crines.

Flores Tapsi barbati, decocti in lixiuio.
Flores Calithrichi, idem ualent, in lixiuio.
Flores etiam Betonicæ, eodem modo prosunt.

Glabrities.

Glabricies.

Glabritiei puerorum sequens medetur Linimentum.

Recipe. Foliorum Nympheæ. Manip. 1. Decoquantur in Butyro recente, optimo: Deinde exprimantur, & pistentur fortiter simul, fiat Vnguentum liquidiusculum, quo unge locum.

Lendi=

Lendines Comarum.

Contra Lendines puerorum.

Recipe. Seminis Canabis. Manip. 1. Comburatur, & de Cinere illo fiat Lixiuium, quo Caput albuatur. *Lendines Puerorum.*

Corrosio Crinium.

Aliud ad idem, ut supra, ualens etiam contra Corrosiones: Liniatur Caput Oxelæo. *Corosio Crinium.*

Pediculi Puerorum.

Liniatur Caput Oxelæo. *Pediculi puerorum.*

CAPVT. VII.

Cardiacæ Puerorum Remedia.

Recipe. Olei Amygdalini dulcis. Butyri. Adipis Caponis. fiat Vnguentum. Vngantur tales pueri, sequenti Vnguento. *Cardiacæ Bertzgesperr. Vnguẽtum.*

Recipe. Olei Liliacei. Chamomælini. Et Butyri. Misceantur simul. *in Cardiaca*

Bibant etiam aquam Consolidæ regalis. In qua dissolutum sit Saccharum conditum. *Potus ad idem.*

Curaui septennalem quendam Puerum, Cardiaca, seu Tremore cordis laborante.

Mistura.

Recipe. conseruæ Rosarum ʒ .i. b.p. Specierum Cordialium temperatorum. Seu pulueris Cordialis ʒ .i. *Mixtura in Tremore Cordis, exptum,*

Electuarii de Gemmis frigidi. ʒ ſ.
Diamargariti ℈ i. Cum ſyrupo Borraginato.
Et Bugloſſato. Fiat Miſtura:
Doſis Caſtaneæ paruæ quantitas, manæ, meridiæ, & noctæ, poteſt ſumi per ſe, uel cum aqua Meliſſæ.
Vel Roſarum albarum.
Item applicetur Epithema cordiale ſubſequens, calidiuſcule.

Epithema.

Epithema probatiſsimũ

Recipe aquæ Meliſſæ. Betonicæ.
Saluiæ ſyluestris. Marrubii. ana. Parum.
Diſſoluantur in eis. Camphoræ ℈ vi.
Croci ℈ ii. ſ. Theriacæ. Parum.
Miſce, & fiat Epithema.

Cardiacæ multum prodeſt Vnguentum ſequens.

Vnguẽtum a me ſæpenumero expertum, in Tremore Cordis

Recipe. Adipis Gallinæ.
Anſeris. Anatis.
Butyri recentis. ana. ʒ iiii.
Olei Chamomælini. Lilini.
Amygdalini. ana ʒ iij
Medullæ Vitulinæ ʒ ij.
Cum competenti pondere ceræ. Fiat ad modum Vnguenti. Quo pectus, cor, lateraq;, mane, & ſero perungantur.

Infuſio.

Infuſio, in Tremore Cordis.

Fiat Infuſio in aqua Gallitrichi. Imponendo ſpecies Diamoſchi dulcis. Et Diambræ. ana. q. v.
Detur reſpectu ætatis, pueris.

CAPVT. VIII.

Caloris innaturalis, tam ex Gelida, quàm calida causa prouenientis Remedia.

Ex causa Calida.

PVERIS *mire contra innatum calorem prodest sequens cura.*

Calor innaturalis, ex causa calida

Potus refrigerans.

Cibus sit talis

Recipe. Acetosæ. Manip. 1. Bulliat in Aqua Endiuiæ. q. s. Cum quatuor Seminibus frigidis. Et inde Potetur. Item edat Diacidoniten.

Iulepum refrigerans, & confortans calorem innatum.

Recipe. Aquarum Sonchi: Idest, Endiuiæ. Borraginis. Mellissophylli. Rosarum. ana ℥ 4. Been albi; Et rubei ℥ .s. Sandalorum alb. Et rub. ʒ .s. Specierum Trochiscorum de Camphora ʒ .s. Specierum Electuarij de Gemmis frigidi ℈ 1. Sacchari. libram. uel. q. s. Fiat Iulepum dilutum.

Iulepum refrigerans, et confortans Calidum innatum

Vnguentũ Caloris extinctiuum, & refrigeratiuum.

Vnguẽtum immodicum Calorem restinguens

Recipe. Olei Rosati. Et uiolati. ana ℥ 1. Vnguenti infrigidantis Gale. ʒ vi. Succi Semperuiuæ ℥ iij. Bulliant ad consumptionẽ Succi. Post addatur Croci ℈ 1. Camphoræ. gra. 3. Et fiat Vnguentum.

Potus in confortando Calore naturali, & extinguendo

tinguendo innaturali.

Potus

Recipe. Conſeruæ Roſarum.
Borraginis. Bugloſſæ ana ℥.ſ.
Miſce cum ſyrupo Violarum. Addito grano 1.Cā phoræ. Et Moſchi. Et doſis ſit, mane, & ſero, quantitas nucis Auellanæ.

Calor innaturalis deperditus

Calor innaturalis Refrigeratus nimium.

Epithema Calorificū,

AQVA Cofortatiua, Calore naturali refrigerato, inungenda Pulſibus, fronti, Temporibus, naribus, & cordi.

Recipe. Aquarum Meliſſæ. Spicæ.
Lauandulæ. Roſarum. ana ℥ 1.
Cinnamomi.
Cariophyllorum electorum. ana ʒ ſ.
Croci ℈ 1. Moſchi grana 3. Miſce, fiat Epithema.

CAPVT. IX.

Cura excoriationis, quæ fit ſub Alis, & Coxis Infantium, & Puerorum.

Excoriatio ſub Alis, & Coxis, et pedibus

DETERGORATVR ſæpenumero Cuticula ſub Axillis Infantium: Aliquando etim inter pedes atteritur. Vnguentum contra Excoriationem.

Vnguētum contra excoriationem cutis expertiſsimum.

Ad hoc contundi debent fōlia Sedi minoris: Craſſulā exiliorem uulgo uocitant. Oleoq; Roſaceo. Laridoq; ex Maiale admiſto. Et deinde per Linteolum exprimi, ſuccusq; iste in Vino albo, bonoq;, de=

decoquendus erit.
Et admiscendus Mastix.
Olibanum, singulorum ʒ i. Hoc pueris, quacunque Corporis parte excoriati fuerint, illitum, absque dubio (compertissima loquor) opem præstat.

Vnguentum frigidum contra Excoriationem, factam in coxis puerorum, ab acuitate urinæ proueniẽtem, & est Stockeranum optimum. Quo Stocker ꝯ mirabilia effecisse tradidit scripto.

Recipe. Albuginis Ouorum. num. 1.
Olei Violati ℥ 1. Lithargirij spumificati ʒ vi.
Terantur in mortario plumbeo diligenter, & fiat Vnguentum secundum artem: Valet ad Eresypelam, & malam complexionem calidam, in prædictis partibus, & sub Axellis, & labijs puerorum.

Vnguẽtum Stockeranũ in Excoriatione quacũque expertissimum.

CAPVT. X.

Dentientium, & ex Gingiuis Laborantium Remedia, Nec non Labiorum.

Labiorum Fissuræ.

PORRO si Pusto Labiorum fissuras, uel ob Lactis calorem: Vel nimiam Mamillarum duritiem contraxerit, fiat Epitima subsequens.

Fissuræ Labiorum.

Recipe. Lanam optime carptam. Madificetur in succo Plantaginis utriusque, hoc est, latifoliæ, & mucronatæ. Cum aliquantulo Butyri. Vel Axungiæ Gallinaceæ recentis. Ex quibus simul liquefactis fiat liquamen: Quo cum pluma gracili Labrorum fissa perlinantur.

linantur.

Labiorum fissuris medetur, Linimentum sequens.

Linimẽtum. Varignanæ expertissimum in Labiorum fissuris.

Recipe. Mastiches.q.v. Mollifica cum Albumine Oui crudi. Et appone.

Curaui ego aliquando eundem defectum in pueris sequenti unctione.

Recipe Floris lactis.

Pinguedinis Iusculi à Carne facti, quæ pinguedo adheret Cochlearijs. ana æquales partes, Et est à me multoties expertum.

Vnguentum ad idem, Variguanianum.

Ad scissuras labiorum.

Cerebrum Anseris domestici.

Cum medulla ceruina inungatur.

Pustulæ Labiorum.

Vnguẽtum Auicenniianum, expertum in pustulis & fissuris labrorum.

Recipe Lythargirij argentei.

Myrrhæ. Zingiberis. ana.

Puluerizentur subtiliter, Et cum Cera Virginea.

Melle. Et Oleo communi.q.s. Fiat Vnguentum.

Prius bene puer madefaciat Labia, cum saliua.

Idem facit, Instillatio sequens.

Instillatio in Pustulis labrorum experta.

Recipe. Fellis Tauri 2. uel 3. guttas. Instilletur, est expertum.

Gingiuarum uitia ex Dentitione.

Abscessus Gingiuarum.

Abscessus Gingiuarũ

ANTE Denticulorum ortum, quandoque Parodontides, & Parulides (quæ Tubercula sunt iuxta dentes, in gingiuulis nascentia) prorepunt. Quæ solius

lius Crocomagmatis illinitione curantur.

Croco magma curat.

Dolor Gingiuarum.

Medullam Caballinam dolori dentium ſumme mederi tradit Meſues; Seq; ſæpius eſſe expertum ait, in ſcriptis ſuis.

Dolor gingiuarum. Meſuei cura

Apozema in dolore Gingiuarum.

Lauentur gingiuæ, cum apozemate radicis Bedeguar Si ex Dentitione multum gingiuæ doleant, uel decorientur: Tunc.

Arnogloſſæ. Nec non Celſi Corticis cremore. mandibula per uices impinguetur.

Infantium præterea Dentitiones adiuuat. Admiſto Melle Butyrum: In quem uſum Gingiuæ eo ſunt confricandæ.

Prodeſt eadem Vnctura, priuſquã dentire cœperint, gingiuarum etiam pruritibus.

Eoſdem ueteris Salſamenti carnem ſedare tradit Aegineta. Vtendumq; ſuadet Ceromatis, Aut Olei Cerati pigmento.

Salſamentũ

Cæroma conſtat ex Oleo crudo, non ſine modico ceræ liquefacto. Aegineta. lib. 1. Cap. 8.

Cæroma Aegineta. lib. 1. Ca. 8.

Dentium Dolor.

Pueris ſi Dentes doleant: Recipiatur Camphora, & in Aceto poſita, bulliat modicum: Deinde teneat puer in ore, & ceſſabit omnis dolor.

Dentium dolor.

Refert Petrus Hiſpanus, ſe multoties Dentium dolorem curaſſe, Appoſitum herbæ, formatæ ad modum Dentis:

Experimentum Petri Hiſpani, in dolorem dentium.

Dentis: Quæ dicitur Dens Caballinus: Et est expertum.

Rhazes memoriæ tradidit, Dentem hominis mortui Collo patientis suspensum dolorem auferre protinus, & esse Experimentum.

Idem adserit Bernhardus, ita scribens. Quod si Dente hominis mortui, Dens dolens tangatur absque dubio dolor cessabit.

Si dolor Dentium nimis inualuerit, superponatur externe Opium, cum Vitello Oui semicocti distemperatum. Est est res experta.

Hippocrat. particu. 4. Aphor. 53. Dorsi vitia.

Hippocrates. particula 4. Aphorism. 53. Cum Dentes producuntur, gingiuarum pruritus, febres, Spasmi, Diariæ, & maxime quando producunt Caninos Dentes imminent.

CAPVT. XI.

Dorsi Vitiorum Remedia.

Verrucæ Dorsi.

Verrucæ Dorsi

CVRA à me experta in uerruca Dorsi.

Vnguentum.

Vnguẽtum

Recipe. Vnguenti de Adipibus ℥.i.
Vnguenti de Mucilaginibus ℥.s.
Misce, ungatur mane, meridie, & sero.

Emplastrũ. ad idem.

Item superponatur Emplastrum Diachylon, super corio tenui extensum.

Emplastrũ aliud, ad eũdẽ morbum.

Nec non fiat aliud Emplastrum sequens.
Recipe. Radicis Liliorum alborum.
Brancæ Vrsinæ. Brioniæ. Euisci. ana ʒ i.

Fœnu

Fœnugræci. Seminis Lini.ana ℈ 2.
Medullæ ficuum, absq; granis. ℈ 4.
Quæ contirta bulliant in Butyro Oleo Anethino.
Chamomælino.ana q.s.
Fiat Vnguentum arte.
Vnguentum bonum ad dolorem Dorsi puerorum, & lapsum ex alto, in dorsum. Vnguentũ Stockeranũ ad Dorsi uitia.
Recipe. Olei Rosarum, quantum capere potest Testa unius Oui.
Ceræ ad quantitatem auellanæ. Dissoluatur lentissimo igne: Post infundatur super aqua frigida, semper renouando, usque ad albedinem. Curasse se multos scripto prodidit Stockerus, qui conquerebantur de immenso dorsi dolore.

CAPVT. XII.
De Dracunculis, Dracontijsve.

EXISTVNT in Puerulis subtercutanea quædam animantia uiua, lumbricorum formam præseferẽtia, Dracontia uulgari appellatione nuncupata. Quæ in musculosis corporis partibus puta brachijs, cruribus, suris plærunque consistunt: Interdum etiam in lateribus sub cute coeunt: Quandoque totum tergũ, aut saltem ipsum Interscapilium occupant. Hoc quicquid est Animalculi, ni consentaneis remedijs extirpetur, uel noxiam Suppurationem inducit, uel Infantulos prorsum tabefacit. Dracontij Dracunculi De hijs Dracuntijs lege Paulum Aegine. lib. 4. Cap. 9.
Eiusmodi uermiculos in poris Infantium, ac puellorũ latitantes, hac extinguemus cura. Si non pro minuli

ultro

ultro fuerint, hoc est, adhibito calido fotu, edulcatoq;, (quale Melicraton est) condimento, forinsecus illito. Capitella sua non exertarint, uiolentioribus medelis ad progrediendum foras quatiendi sunt.

Ablutio. Dracũculos perimens.

Accipienda nimirum radix Viticellæ, siue uitis albæ, quantum manu pressa capi potest. Bulliat in lixiuio è Quernis cineribus concinnato: Quo circunfusum hij sce Tineolis Infantile corpusculum perfundatur, & lauetur. Quo facto, progressa Dracontiorum Ora, nouacula præsecentur: Quibus sic obtruncatis, Infans denuo prædicto Diaclysmate, puta Conia balneandus, & abluendus erit, denudataq;, uel dissecta pellicula Commageno perlinenda.

Epilepsia. Caducus morbus. haustulus

CAPVT. XIII.
Epileptici, seu Caduci Morbi Remedia.

INFANTIBVS Comitialiter ægrotantibus expedit dare nonnihil de Bacciferæ herbæ Glycysidis granis, pulueratum quidem, & cum lacte muliebri propinatum.

Potus.

Eadem affectione correptos liberat Leporinum coagulum, potui datum.

Liquores

Liquores autem extillaticij, Lunaticis accommodi sunt. Aqua destillationis Violarum purpurearum. Betonicæ. Florum Phyluræ. Prunellæ. Per se, uel cum exiguo syrupo Glycysitide diluti.

Aquæ aliquot destillatæ.

Aquæ destillatæ Epilepticis salubres. Aqua Liliorum Conuallium. Aqua Pæoniæ.

Aqua

Aqua florum Acatiæ, id est, Prunellorum sylueſtriũ.

Potus in Epilepsia à me in puero nobili expertus.

Recipe. Mithridatij. fabæ quantitatem.
Aquæ lauandulæ. cochlear. 1. Misce, da bibere.

Emplastrum ad idem.

Ruta contrita in Aceto, & naribus apposita.

Ad Epilepsiã Puerorum expertũ medicamen.

Detur de Moscho fino, ex Mero subtili, bis, uel ter in die, parum, & sic perfecte curantur.

Aliud ad idem.

Recipe. Aquam Vngulæ Caballinæ. Et madefac in ea linteolum, ipsumq; pueris inuolue, & lecto impone hijq; perfecte curantur.

Aliud ad idem ualens.

Recipe. Coriandri præparati.
Seminis Sinapis. Nucis Moschatæ. ana. ℥.ſ.
Seminis Pæoniæ ʒ iij. Dyptami ʒ ij.
Fiat Puluis, detur mane, ad lubitum, respectu tamen ætatis habito, cum uino calido.

Potus à me in Epilepsia expertus.

Emplastrũ ad morbum caducũ. In Herculeo morbo potꝰ.

Epithema in Epilepsia.

Puluis. Aetij, in Epilepsia efficax.

CAPVT. XIIII.

Elcosis, hoc est, exulcerationis, & Intertriginis Fœmorum Cura.

ADVERSVS Paratrimmata, hoc est, fœmorum attrita, & confricata membra, ualet Inspergimẽ:
Ex arida Myrto. Cypero.
Rosisq; confectum.

Inspergium aduersus Intertriginem

Item si propter Vrinæ salsedinem, & Carnium molti item

Inspergium aliud

titiem, patiatur inter Crura mordicationem, uel dolorem, uel in alio loco: Superaspergatur farina hordeacea.

Vel recipe Pulegij crassiuscule puluerati. Et Tragacanti Pollinis: Et inspergito.

CAPVT. XV.

Exanthematum, hoc est, Pustularum, Eruptionum, Abscessuum, quæ Puellò Oboriuntur Cura.

Exãthemata Paul. Aegineta, lib. I. Cap. 6. Exãthemata pustulæ. Eruptiones. Abscessus.

SI quæ tenello fœtui Exanthemata forsan oboriuntur, tum lauacris, adiecto Myrto, Lentisco, Rosisq; medendum. Deinde ubi pure lautus est Infans. Rosaceo. Aut Oleo Lentiscino. Cerotoúe: Postulosa Cutis perlinenda, atque leniter ex Nitris abstergenda erit.

Abscessus quilibet.

Abscessus omnis. Vnguentũ.

Pro Maturatione, & sedatione doloris, in apostematibus puerorum, Vnguentum.

Decoque Lentes. Et poma excorticata. Vsque ad dissolutionem ipsorum. Et post misce cũ Oleo Rosaceo: Et superpone calide.

Abscessus dextri Lateris.

Abscessus dextri lateris. Thermæ.

Contra Apostemata dextri Lateris, Cura sæpiuscule approbata.

Balneum.

Decoctio. Emplastrũ.

Primo balneet puer, uel Infans, in lautulis Sulphureis Secundo bibat decoctionem Ficuum, & Liquiritiæ, ex sero caprino decoctam. Postremo emplastretur

tur locus, Emplastro facto.

Ex Camomilla.

Maluis. Et Lini semine

Ex Cremore, uel flore Lactis. Vel Butyro recenti decoctis. Superponatur calide.

Viscerum Abscessus.

Viscerum Abscessibus, in Infantibus succurit cura sequens, & est à me experta in bimulo puello.

Primo, ungatur uenter, unguento de Adipibus, in Dispensario descripto mane, & sero.

Secundo pro leniendis uisceribus, utatur Iulepo isto lenitiuo.

Recipe. Iulepi Violacei.

Iuiubini ana. ℥ ij. ſ.

Aquarum. Maluæ. Betonicæ.

Scabiosæ. ana ℥ ij. uel iij. Dissoluatur in hijs.

Diaprunis simplicis. Electuarij Lenitiui.

De Sebesten simplicis. Diacatholiconis.

Casiæ fistulæ cum Manna. ana. ʒ i.

Misce, fiat Potus, de quo mane, & sero, Cochlearia. 2. uel 3. uel 4. bibat.

Viscerum Abscessus.

Cura à me experta.

Vnguentũ.

Iulepus leniens Aluum. Stomachum. Et viscera cætera.

Vsus.

Dosis.

CAPVT. XVI.

Faciei omnigena vitia.

Faciei Omnigenorum Vitiorum Remedia.

Variolæ Morbilli.

CONTRA grauitates faciei, quæ causantur in partibus faciei, propter Variolas, & Morbillos, pul-

Pulmentum cõtra Vario

las, & morbillos.

mentum.

Recipe. Farinæ Fabarum. Et Lupinorum. Singulorum bene puluerizatorum ℥ i. Vrinæ Tauri.q.v. Omnia misce simul, & fac pulmentum, & postea inunge faciem in sero: Et sic dimitte per noctem stare: Et de mane laua faciem cum aqua pura, & in paucis diebus liberaberis, & uidebis mirabilem huius Pulmenti effectum.

Maculæ faciei.

Maculæ Faciei.

Pro Pueris.

Recipe. Butyri recentis ℥ 1. Camphoræ. Thutiæ præparatæ. ana ʒ ij. Vini Maluatici ℥.ſ. Misce, fiat unguentum secundum artem.

Vnguẽtũ ad maculas faciei.

Ad idem Lac Virgineum.

Vnguẽtum ad maculas faciei.

Recipe. Litargirij. ℥ 2. Cerusæ. ℥.ſ. Aceti ℥ vi. Salis ℥ 2. Aquæ pluuialis: lib. i. Decoquantur quælibet per se, in Ollicula, & stent per horas 4. uel 5. Postea misce, in altera Ollicula. ana. partes æquales, & misce, fiat Lac Virgineum, secundum artem: Acuitate tamen repressa, cum cremore Lactis.

Lac Virgineũ ad maculas faciei.

Lac Virgineum, sub alia forma, ad idem.

Recipe Aquarum Scabiosæ. lib. i. Solatri. lib. ſ. Salis communis ʒ ij. Misce, & fiat decoctio.

Aliud ad idem.

Recipe. Lythargirij. Quart. i. Radicis Aristolochiæ rotundæ. & longæ. ana. ʒ vi.

Rosarum

Rosarum. Manip. 1.
Aceti uini. lib. xvi.
Misce, & fiat decoctio, uel mistura.

Morphæa Faciei.

Recipe. Camphoræ ʒ i.
Myrrhæ. Olibani. ana ʒ ij.
Sulphuris ʒ iij. Resinæ ℥ 1.
Butyri Maialis sine sale ℥ ij.
Misce, fiat Vnguentum arte.

Morphæa faciei.

Aliud ad idem.

Recipe. Sulphuris uiui ʒ ij.
Camphoræ.
Perlarum non perforatarum. ana ʒ i. Pulueri-zentur subtiliter, & cribrentur: Inuoluantur panno lineo, & infunde Acetum, uel Aquam Rosatam pro delicatis: Et semper stet in illa Infusione, ad mensem: Interea tali pila, uel panno, omni die bis tergatur, & lauetur facies. Præmissa aliqua leui purgatione.

Aliud ad idem.

Ad faciem Morphæaticam.

Recipe. Sepi, uel pinguedinis Porci recentis, dissoluti in aqua frigida ℥ 4.
Sulphuris uiui: uel Communis, subtilissime pulueri-zati ℥. s.
Terebinthinæ lotæ ℥ i.
Argenti uiui ʒ ij.
Vitellorum ouorum recentium. num. vi.
Pinguedinis Gallinæ recentis ℥. s.

Vnguetum ad idem

Aquarum Plantaginis.
Rosarum. Nympheæ. ana ℥ i.
Omnibus prius subtilissime puluerizatis, ac dissolutis, misceantur simul, in mortario, longa contritione, & stent ad horas 2. in Aere. post ponantur in pixide, & ungatur facies per tres septimanas. Mane uero abluatur aqua infusionis furfurum, et farinæ fabarũ.

Aliud contra Faciem Morphæaticam.

Recipe. Litargirij abluti.
Puluis. Aluminis usti. ana ʒ ij.
Tuciæ præparatæ.
Lapidis Calaminaris, ana ʒ i. s.
Sulphuris, ʒ vi. s. Puluerizentur subtilissime, ut Alchol, & fiat puluis, qui inuoluatur denso Sacculo, & ponatur in infrascriptam aquam, & postea unge te in facie.

Aqua autem est talis.

Aqua Recipe. Aquæ Rosarum, unc. 2.
De floribus fabarum.
Liliorum alborum, ana unc. 1.
Aceti fortissimi. lib. s. Miste simul.

Facici, & Cutis Dealbatio, Clarificatio, & Decoratio.

Clarificatio. Dealbatio. Clarificans faciem vnguentum.

Ad clarificandam faciem Vnguentum expertũ. Recipe. Sulphuris communis. Combure in Aqua Vitæ. Post misce, cum Medulla Ceruina. Fiat Vnguẽtum, quo ungito faciem.

Ad Dealbandam Faciem Vnguentum expertissimum

Isaaci,

Isaaci, Medici clarißimi.

Isaaci consilium ī dealbāda facie.

Recipe. Fabarum q. v. Macera in Aceto forti, usque quo pelliculæ cadant: tunc pone sub Solem, & sicca, postea puluerizentur subtiliter, & puluis ponatur in aqua calida, eundo dormitum, & unge faciē, est expertum.

Aliud expertum in dealbanda facie, uel alia loca.

Recipe. Fabarum.

Cicerum. Faseolorum. Tempera in aqua tepida, ut amoueantur Cortices exteriores, Deinde recipe. Lupinos qui temperentur cum lacte Asinæ. Albugine Oui. Vel Lacte simplici. Deinde exiccetur sub sole. Et iterum temperetur rebus uiscosis, ut cum Gūmi Arabico, in aqua soluto, uel Albumine Oui.

CAPVT. XVII.

Faucium, Gutturis, Palati, & Colli Vitiorum Remedia.

Faucium. Gutturis. Palati. Colliq; vitia. Faucium incommoda.

Faucium Incommoda.

AD asperitatem, & exulcerationem Faucium apprime confert sequens Cura.

Asperitas. Exulceratio.

Mel Rosaceum.

Diamori medicamentum.

Vel Diacaryon, Dianucum, uel Rob Nucum dictum. hæc singula illinenda sunt, uel lingenda.

Syrupus item Papauerinus.

Iuiubinus. Mastichinus.

Hæc omnia valēt ad

Aqua Mororum, in qua maceratæ sunt ficus.

prior em de fectum.

Aqua Buglossæ, in qua maceratum sit Saccharum Candi. Diatragacanthum.
Tragacanthum simplex.
Diapenidium. Vel Saccharum Penidiatum.

Gutturis Vitia.

Gutturis morbi.

EADEM quæ prosunt Faucium morbis, prosunt etiam Gutturis incommoditatibus, utpote, asperitati, & exulcerationi, alijsq; morbis, gutturi imminentibus. Quæ Remedia iamiam in faucium discrasiis enumeraui.

Palati Vitiati Remedia.

Palati vitia Vlcera Palati.

Gargarismus.

PRO Vlceribus Palati, ualet ista Decoctio.
Recipe. Corticum radicum Prunellæ.
Et cum melle Rosato. Vel Violato. Fiat Gargarisma, uel Lotio.
Prosunt etiam prædicta pharmaca, in faucium indispositionibus enumerata, palati omnifarijs morbis, quales possunt esse, ulcera, asperitas, & similia.

Colli Morbi Omnigeni.
Botium Colli.

Colli morbi Botiũ Colli.

IN Botio Colli, & Faucium uitijs, pro Decennali, commode posset esse hæc Cura.

Gargarismus in Botio Colli, et Fauciũ vitijs.

Gargarismus.
Recipe. Aquarum Saluiæ.
Scabiosæ. Prunellæ. ana. unc. iij.
Pyretri puluerizati. Sinapis. ana ʒ ij.

Mellis

Mellis. Quartam i. Aceti. Tantundem.
Facta Bullitione, fiat Gargarismus.

Ad idem Electuarium.

Recipe. Conseruæ Violarum.unc. 1. Electuariũ ad idem.
Mucilaginis Psylij. Cydoniorum. ana ʒ i.
Seminis Cucurbitæ. Lactucæ. Cucumeris.
Papaueris albi, ana ℈ i. Cum aqua prunellæ, & syrupo Iuiubino, & Iulepo Violaceo, fiat mistura subtilis, quæ sæpe adponatur linguæ, & lambendo deglubatur.

Emplastrum ad idem.

Recipe. Maluarum. Ceparum assatarum. Emplastrũ ad idem.
Farinæ Fœnugreci.ana.unc. 1. Frixentur cum s. q. Butyri recentis. & oleo Liliorum alborum.
Fiat Emplastrum.

Et si Annos decem excederet puer, posset fieri commode Cucurbitulatio, scilicet sub mento, & in ceruice. Canon.

Si non iuuerit, fiat phlebotomia sub lingua, sed tamen sisit ultra Decimatum. Obseruatio.

Verrucæ Colli.

Verrucosis in Collo medetur, sequens cura. Verrucæ Colli.
Recipe. Vnguenti de Adipibus. unc. 1. Vnguentum Verrucosis in Collo accommodum
Vnguenti de Mucilaginibus. unc. s.
Misce, ungatur, mane, meridie, & sero.

Ad idem Emplastrum.

Superponatur Emplastrum Diachylonis, super Corio tenui extensum.

Empla-

Emplastrum sub alia forma, ad idem.

Emplastrũ aliud ad idẽ

Recipe. Radicis Liliorum alborum.
Brancæ Vrsinæ. Brioniæ.
Euisci. ana ʒ i. Fœnugreci.
Seminis Lini, ana ℈ ij.
Medullæ ficuum, absque granis ℈ iiij.
Quæ contrita bulliant in Butyro. Oleo Anetino.
Chamomælino, ana q. s. Fiat Vnguentum arte.

Synanchis Colli.

Synanchis squinantia.

Emplastrum in Synanchi.

Terra nidi Hirundinum, tumorem, & apostemationẽ faucium, & colli tollit.

Aliud experimentum, ad idem.

Experimentum in Angina.

Inuoluatur tota Gula exterius Lana succida, infusa in decoctione Hyssopi: Et Oleo oliuarum.

Aliud ad idem.

In Causa frigida bulliat in Vino forti, Marciaton, Agrippa, Dialthea, & stupæ ibi inungantur, & inuoluatur Collum: Maturat enim, & est in hoc casu expertissimum.

Emplastrum ad idem.

Emplastrũ in squinãtia

Fiat Emplastrũ exterius, de stercore hominis, recẽti. Fermento. Visco arborum.
Cinerem Thymi combusti, & axungia Cirogillorum.
Hoc maturat, & exterius attrahit, & rumpit Apostemata Squinatica. Diligenter autem caueas, ne exterius utaris repercussiuis: Sed dissolutiuis, attractiuis, & maturatiuis: Melius autem ut re dissolutiua

Regula. Petrus Hispanus.

lutiua, à principio, & ut repercußiuis: In augmento diſſolutiuis, partim Repercußiuis: In Statu Diſſolutiuis interius.

Aliud Experimentum.

Scabioſa gargarizata, & bibita, uel emplaſtrata Synanchen deſperatam ſanare, certum eſſe dicit, Petrus Hiſpanus.

Notandum. Notio.

Reuelatum fuit diuinitus, beato Bonifacio, ut daret potui Parochijs ſuis Synanchicis, herbam, quæ dicitur Morſus Dæmonis, & qui emplaſtrati fuerāt hac herba, ab ipſo Bonifacio sācto, euaſiſſe tradit P. Hiſpanus. Petrus Hiſpanus.

Aliud experimentum.

Flos Violæ, cum aqua calida bibitus, à proprietate confert. Potus.

Aliud in Synanchi.

Decoctio Ficuum ſiccarum gargarizata, eſt ualde utilis medicina. Gargariſmus Aliud.

Aliud.

Cinis Hirundinum.

Aliud.

Tres Hirundinum nidi, cū Oleo Linino ſoluti, & Collo emplaſtri, Infantium tumores, & anginam curant perfecte.

Gargariſmus pro Pueris.

Diſſoluatur Caßia fiſtula, in aqua Coriandri humidi, poſtea miſce totum cū mucilagine Pſyllij, & fiat Gargariſmus. Gargariſmus

Emplaſtrum pro Infantibus.

Recipe.

Emplastrũ pro Infantibus in Angina.

Recipe. Stercoris Canis comedentis ossa. Mellis. Cineris Hordei. Omnium ana Cochleare. 1. Salis modicum. Fiat Emplastrum. Est autẽ Cochleare. 1. drachma. 1. ſ.

Canon.

CAPVT. XVIII.

Febrientium Puerorum Cura.

SOLET Infantibus, ardens febricula, uel humoralis primum: Dein ubi inueterauit, in hecticam ut plurimum desinens obrepere: In qua curanda talis fiat progressus.

Canon.

Primo ducatur aluus, si sua sponte nihil excernit.

Glandes.

Glande Excrementiduca quapiam. Mox potionetur Puer (ni ætatis teneritudo prohibeat) Amuleto tali.

Potus cõtra febres expertus.

Recipe. Aquæ Cichorij. parum. Pastillorum è Viperis. Antidoti Mithridatis, ana gran. 1. ſ. Syrupi Violacei. Vel Zulapij eiusdem, ana. perexiguum. Misce, Dosis sit à guttis ternis, usque ad Cochlearij dimidium: Habita tamen ætatis ratione.

Canon.

In tenellis autem, ubi nihil per Os exhiberi potest, localibus procedemus. Imponendum Furcellæ Pectoris, hoc Emplastrum optimum.

Emplastrũ optimum in febribus.

Recipe. Hordei decorticati, cum mola aliquantulum contriti. Manip. 1. Et ipsam Farinam distempera cum succo Plantaginis, Absynthij. Maluæ, ana q. ſ. Et fac Emplastrum, quo utere ut prædixi.

Experimentum in febribus uehemẽter æstuosis Chrisma.

Ego complures Infantulos febricitantes, à primo statim paroxysmo curaui subsequenti Chrysmate, præ-

ſertim ſi febres fuerint æſtuantes, & acutæ.

Recipe. Olei Roſacei.

Violacei, ana ℥ i. Adipis Anſerini ʒ vi.

Succi Semperuiui ℥ iij. Bulliat ad conſumptionem Succi. Poſt addatur Croci ℈ i. Fiat Vnguentum arte. Quo ungantur Renes excalfacti, & Spina dorſalis, in die bis, ter, uel quater.

Aliud Vnguentum, ad febres puerorum abarcendas expertum: Quo ungantur Spondyli tergi, hora quietis. *Vnguentum aliud in febribus æquualens.*

Recipe. Mucilaginis Cidoniorum ℥. i.

Olei Violacei ℥. ſ. Ceræ parum, ad inſpiſſandum.

Mulcendus etiam calor febrilis, eiuſmodi Zulapio, ſi æuitatis teneritas tolerari poteſt.

Recipe. Hydroſaccharæ. unc. ij. *Zulapium in febribus expertiſſimum.*

Vini Punicorũ meſorum. Et Apyrenorum. ana unc. i.

Iulepi ſimplicis. unc. i. ſ. Miſce, doſis pro ætatis congruentia: Refrigerat, & ſitim reprimit. Peſte graſſante, diluatur modica Potione acida Citrorum, aut Ribes.

Febrilem præterea Calorem extinguit, ſuccus Arte miſtæ, cum Oleo tepido concretus, ſi puerile corpuſculum eo perlinatur. *Vnguentum in febrili æſtu optimũ.*

Cura ſæpius à me experta, in nobili quodam puero febricitante. *Miſtura optima in febribus.*

Recipe. Diaprunis ſimplicis.

Electuarij de Sebeſten ſimplicis.

Diacatholiconis. ana. ʒ iij.

Caſiæ fiſtulatæ cum Manna. unc. ſ. Cum ſyrupo Iuiubino,

iubino, fiat mistura. Dosis eius ʒ iij. uel iiij. ad summum. Exhibeatur de nocte: Sed melius post primum somnum.

Post Purgationem competentem, propinetur ei hoc Alexipyreton, hoc est, medicamen contra febrem.

Haustus bonus, febres quascunque abarcens.

Recipe. Aquæ Cichorij. unc. 8.
Dissoluatur in eis. Theriacæ Diapenthæ ʒ iij.
Syrupi de Eupatorio. unc. 1. Misce pro ternis uicibus, & sint unc. 3. pro una uice, in diluculo, & aliquantulum sudet.

Febrim, ardorem, æstum, & stomachi indispositionē, à febre genitam curat, sequens Cura à parente meo, in febrilibus puerorum dispositionibus, experta.

Potus in febribus expertus.

Recipe. Acetosæ. Manip. i.
Bulliat in aqua Endiuiæ. q.s. Cum quatuor seminibus frigidis. Et inde potetur.

Vnguentum.

Vnguentum in febribus. Confortatio

Vngatur etiam uentriculus, cum succo Menthæ & Oleo Spicæ, calido, mane & sero. Edat etiamnum Diacidoniten: Propter Refrigerationem, & Confortationem.

Lac Magistrale, multimorbum, pro infantibus, & pueris febricosis, & calorem febrilem habentibus. Quod parens meus inuenit, & sæpiuscule ordinauit trimulis, & quadrimulis pueris: Et multum effecit.

Lac magistrale, in febribus expertissimum.

Recipe. Aquarum Buglossæ.
Borraginis. Acetosæ.
Scabiosæ. ana. Quartale. 1. s.b.p.
Cum quatuor Seminibus frigidis maioribus, & minoribus.

ribus. Cucurbite. Cucumeris. Citruli.
Melonum. Endiuiæ. Scariolæ. Lactucæ.
Portulacæ.ana ʒ i. uel ℈ 2. Fiat lac, in quo dissolue.
Loch sani, & experti, unc. 1.
Conseruæ Violarum, Rosarum, ana ʒ iij.
Rob granatorum musorum, De Ribes.
Oxymellis simplicis, ana unc. ſ. Misce, coletur diligenter: Bibat ex eo mane, meridie: & sero haustulum. Interdiu diluatur hæc potio, cum aqua fontana, & bibat ad lubitum.
Cura à parente meo multoties, in quadrimis pueris febricitantibus experta.
Recipe. Conseruæ Nympheæ.
Rosarum. ana unc. ſ. b. p. Manus Christi.
Trochiscorum de Camphora.
Diarrhodonis. ana ʒ i.
Electuarij de Gemmis frigidi ℈ 4. Cum Iulepo Rosarum, fiat Mistura: Dosis eius auellanæ quantitas, sæpius in die administrata.

Mistura in febribus experta.

CAPVT. XIX.
Genarum, & Maxillarum Vitia, Genarum, & Maxillarum Tumor, & Dolor, & Pustulæ.

Recipe. Olei Laurini. De uitellis ouorum.
Rosarum. Mastychini.
Terebinthinæ, ana unc. ſ.
Ceræ, ʒ ij. Dissoluatur Cera, cum Oleo Rosarũ, & Laurino, adde cætera, moueatur ab igne, agitetur, quousque,

Ad Tumorẽ & dolorem Genarum, & Pustulas Vnguentum

quousque infrigidetur, reponatur in fictili.
Genarum, & Maxillarum dolor, & Tumor pellitur, & lenitur. Mastiche mollificata cum Albumine Oui. Et apposita.

CAPVT. XX.
Heresipelatis Morbi Remedia.

Vnguẽtum ad dolorem & Tumorẽ Maxillarũ.

Cataplasma ad Herisipelam ex pertum.

Epithema ad Heresipelam.

AD Heresipelam puerorum expertum Cataplasma.
Recipe. Boli Armenij. unc. 1. uel plus.
Distemperetur cum lacte Caprino. Et simul bene agitentur, tepidum superponatur sæpius, cum petijs.
Ad Heresypelam Tibiarum, & aliarũ Corporis partium extinguendam Epithema.
Recipe. Aquæ Solatri unc. 6.
Rosarum unc i. s. Aceti Vini albi. unc. i.
Camphoræ ℈. s. Lithargirij ʒ ij.
Cretæ unc. ij. Pulueriza nda Pulueriza, misce, & fiat Epithema.
Superponatur illa Aqua bene calida, cum petia Lini sæpius.

Aliud Epithema, ad idem.

Recipe. Albuginis Ouorum.
Aceti. Aquæ Rosarum.
Lythargirij subtilissime pulueriza ti. Misce diligenter, & intingatur in eis pannus lineus, & exprimatur bene, ne stillet, & superpone loco.

Ad idem.

Recipe. Folia Bardanæ. Aut Blitæ. Et superpone.

CAPVT. XXI.
Herniæ Remedia Vnguentum ad Rupturas.

RECIPE. Pulueris Myrrhæ. Olibani. Sanguinis Draconis. Lapidis Hematitis. Serapini. Opoponacis. Bdellij. ana. ℥. ſ. Tragacanthi. Terebinthinæ. Sepi Ceruini. Anatis. Vrſi. ana. ℥. ſ. Miſce, fiat Vnguentum ſecundum artem. *Vnguẽtum ad Herniã.*

Vtantur tales pueri Inceſſu tardo, paſſu non nimis extenſo, leniter ſpirent, obambulantes identidem reſideant. *Obſeruationes pro natu grandioribus pueris.*

Cura.

Cura fiat cum Ligatura, uel ſubligaculo, & plumaces, uel quadrata inſuper ponatur. *Emplaſtrũ ad rupturã.*

Secundo, Thus cum Albumine oui recentis, & cum coto, uel Stuppa inuoluatur, et ſuper locum ponatur, & faſcietur, aut ligetur, & conſtringatur.

Et ſi huic addatur parum Gallarum. Vel Acatiæ. Vel Pſylij, quod melius eſt. Aluminis. Antimoniæ, Carabæ. Ceruſſæ.

Emplaſtrum aliud, in Hernia expertum.

Puer quidam curatus eſt in tribus diebus, cum Arnoglocſſa, & Lentibus decoctis, & ſuper locum ligatis. *Emplaſtrũ ad rupturas expertum.*

Emplaſtrum ad Herniam expertiſſimum.

Recipe. Radicis Aaron. Capillorum Veneris.

Rutæ. Saniculæ albæ. ana. Manip. 1. Contundantur, & decoquantur in Butyro maicali. Et Axungia Gallinacea. Et sæpius calide superponatur: Et est res expertißima.

CAPVT. XXII.

Hecticæ, Chachexiæque, id est, Maciei Remedia.

Hectica. Macies. Macilentia. Cachexia Phtysis Consumptio

VNGVENTVM Impinguatiuum, pro pueris dema crescentibus.

Vnguētum Impinguatiuum pro pueris.

Recipe. Axungiæ Porcinæ. Gallinæ. Ceræ Virgineæ. ana. q. v. Resolue. Et impone pulueris Amydi & in exitu Balnei unge: Et tale Vnguentum mirabiliter reparat substantialem humiditatem.

Clystere in Hectica, & Cachexia salubberrimum

Clysterium pro Hecticis, Phthysicis, & consumptis pueris.

Recipe. Capitum, & Pedum Mutonis. i. Iuris Cicerum alborum unc. ij. Ficuum Pinguium. num. x. Camomillæ. unc. 1. Mellis. Olei Sesamini. ana. ℥ ij. Olei de Been. Olei Lumbricini. amborum ℥ ij. Fiat Clystere, ad Quartas. iij.

Macritudinis puerorū Cura.

Aßiccescentium ex Hectica puerorum Cura.

Emaciatis ex tabifica febre pueris conuenit eiusmodi Nymphæum, ut sequitur.

Recipe. Caput Arietinum, & pedes: Et coquantur in aqua diu, donec carnes separentur ab oßib. Et in tali decocto balneetur infans.

Deinde

Deinde mox à Balneo impinguetur hoc Cæromate. *Cæroma in Hectica.*

Recipe. Butyri recentis.

Olei Rosacei Vel Violacei.

Communis. ana ʒ xx.

Pinguedinis Caudæ de Carnibus Ouinis. ʒ xij.

Ceræ candicatæ. ʒ viij. Fiat unguentum arte: Quo totum Puerulorum corpusculum molliter inungatur *Chrysma in Macie summa.*

Aliud Chrysma, aduersus maciem infantium.

Recipe. Seminis Papaueris albi ℥ iij.

Conficiatur cum Oleo Violaceo. q. s. Et fiat Linimentum molle: Quo liniatur spina dorsalis, quotidie bis, uel ter: Valet enim contra Hecticam, & siccitatem membrorum.

Hijs, qui Bimatum ingressi sunt, exhiberi potest parũ subsequentis Eclegmatis.

Recipe. Succi Liquiriciæ,

Gummi Arabici *Linctus pro Hecticis & Monogrammis.*

Tragacanthi. Anisi.

Seminis Papaueris albi. singulorum, ʒ .s.

Et cum Serapio Papauerino fiat in forma Loch.

Valde ualet Clystere nutritiuum factum ex Aqua carnis, & lacte, & huiusmodi. Quia Venæ Mesaraicæ trahunt ad hepar, & sic nutrit: Et sicut puer (Teste Arnoldo Nououillano) per Venam umbilicalem recipit Nutrimentum: Ita imaginari possumus per Clysteria similiter fieri. *Clystere in Hectica, & Cachesia. Cura in Hectica & Cachexia.*

Cura nouennalis cuiusdam puelle Hecticæ, à parente meo inter biduum sanitati restitutæ.

Primo comedebat sæpius Butyrum. 1

2 Secundo bibebat lac Amygdalinum colatum, cũ aqua Hederæ terrestris.

3 Tertio, aliquando hauriebat lac Caprinum.

4 Quarto, edebat sæpenumero Ficus.

5 Quinto, præparabat Balneum sequens.

Recipe. Maluæ utriusque
Brancæ Vrsinæ. Liliorum alborum.
Saponariæ. Morsus Gallinæ.
Hederæ terrestris.
Camomillæ. ana. Manip. 1. b. p.

6 Sexto, Terantur Pulpæ Gallinarum.
Et tritæ distemperentur cum Lacte Caprino. Vel Ouino. Et addantur uitelli ouorum, quibus admisce parum Polentæ frumentariæ: Alias frumenti, bulliãt ad spißitudinem, deinde adde parum de Saccharo.
Septimo, bibat potum hunc, de nocte, & mane, calide.

In Hectica medicamen optimum.

Recipe. Rosarum rubearum, mundatarum. unc. 4. Ponantur in uase uitreato mundo: Et proijce super eas Aquæ Polypodij calidæ. unc. x. stringatur bene Orificium uasis, seu uitri. Et dimmitatur sic in Infusione per diem naturalem: Deinde extrahantur, & exprimantur ualide, colentur, & proijciatur super eam. Sacchari. ℥ x. Rursus decoquatur lento igne, donec inspissetur. tunc iterum cola, & seruetur in uitreato uase, mundißimo.

Infantis Bimuli Hectici, & Cachexici Cura expta.

Potus

Potus sit, Lac Amygdalinum, uel Caprinum, bene Saccharatum.
Secundo bibat sequentem Potum.

Recipe.

Recipe. Aquarum Borraginis. Potus medicinalis.
Buglossæ, ana quartale. i. In quo terantur.
Semina Melonum. Cucurbitarum.
Citrulli. Cucumeris, ana ʒ i. uel ij.
Fiat Lac.
Tertio, mane, & sero sumat quantitatem Castaneæ paruæ, de isto linctu, uel Electuario.
Recipe. Diatragacanthi frigidi Nicolai. Electuariũ.
Diarhodonis Abbatis.
Diatrasandali, ana ʒ i.
Lohoch de Pino. ℥ ſ. Cum syrupo Buglossato.
Et Boraginato. Fiat Mistura.
Quarto, post Balneum ungatur Oleo Amygdalino dulci. Vnctio.

Bimuli Infantis Cachexici, & Hectici Cura Parẽtis mei, in puero quodam. Cura Bimuli, in Hectica, & Cachexia.
Primo ungatur uenter Vnguento de Adipibus, in Dispensario descripto, mane, & sero. Vnguentum
Secundo utatur isto Iulepo lenitiuo.
Recipe. Iulepi Violacei Iuiubini, ana ℥ ij. ſ.
Aquarum Maluæ. Betonicæ.
Scabiosæ, ana unc. ij. uel iij.
Dissoluatur in eo.
Diaprunis simplicis.
Electuarij Lenitiui. De Sebesten simplicis.
Diacatholiconis. Casiæ fistulæ cum Manna, ana ʒ i. Misce fiat potus, De quo mane, & sero, Cochlearia 2. uel 3. uel 4. bibat.

Impetigo.

CAPVT. XXIII.
Impetiginis Medelæ.

Vnctio.

Fiat Alipena, ex Oleo lateritio. Et puluere Sulphuris: Optime simul commistis, & utere. Est sæpius expertum remedium. Sanat enim intra trinoctium.

Alia Cura Impetiginis.

Rasura.
Liquor.
Enchryston.

Primo fiat Rasura Loci. Dein lauetur locus, cum succo Arantiarum. Postremo applicetur illud Enchryston.

Recipe. Nitri. ʒ ij.
Sulphuris Apyros: id est, uiui ʒ iiij. Adiectaq; Resina copiosa, fiat ad modum Enchrysti.

Aliud ad idem.

Linimẽtum.

Recipe. Sulphuris nigri ʒ iij. Teratur: Et cum Rhodelæo, id est, Oleo Rosaceo, quantum satis est, fiat ad modum linimenti.

CAPVT. XXIIII.
Iliacæ, (uulgo dramgicht) Remedia.

Iliaca.
Inunctio.

Recipe. Oleorum Anethini.
Chamomælini, ana unc. vi.
Olei Rutacei. Styracis liquide, ana unc. iij.
Puluerisꝰ Cimini unc. ij. Bulliant omnia una bullitione: Deinde coletur, & usui reseruetur:
Et quando oportuerit, ungatur locus dolorosus, & est expertum.

Linimẽtum.
Fomentum.
Linimẽtum

Marrubium album tritum, & in Oliuo coctum, & appositum, mirabiliter Iliacum dolorem sedat.

Ad

Ad idem ualet, Fomentatio Parietariæ.
Aqua destillationis Morsus Gallinæ potui data, et herba in Oleo Linino frixa, & uentri applicata eidem affectioni summe medetur.

CAPVT. XXV.
Inflationis, & extuberantiæ Ventris, & aliorum membrorum Remedia.

QVACVNQVE parte corporis Tumor oritur, sumitates Sambuci, uel Ebuli, in uino albo lixentur: Et in ipsis calidis puer inuoluatur, & detumescet locus. Turgidis etiam confert fomentatio, facta cum Origano. Camomilla. Et Solatro. Semel, aut bis in die facta. At si solus Venter, Pedes, aut Bracchia extuberant:

Fomentũ uel Balneum. Fomentum quo Inflatio deturget.

Diaphoreticum Emplastrum aliquod, turgenti particulæ applicetur.

Emplastrũ

Valet in hoc casu Oleum, In quo Ruta fuerat elixa Aut Cyminum. Aut Apij semen.

Linimẽtum aduersus. Emphysema

Pro Puero Trimo, uentrem tumidum habente,
Cura per parentem meum experta.

Recipe. Diacatholiconis.
Casiæ fistularis cum Manna.
Electuarij Lenitiui.
Electuarij de granis Ebuli, ana ʒ ij. ſ. Cum syrupo Violarum q. ſ. fiat Mistura. Dosis ʒ ij. uel iij. pro uice. de nocte, uel in nocte, cum Saccharo consperſæ.

Vnguentum.

Vnctio. Vngatur etiam Venter Oleo Chamæmelino. Vel Liliorum alborum.

Potus.

Potus. Nec non bibat Lac Amygdalinum. Vel Canabinũ.

Mistio. Cura parentis expertissima, in puero, qui habuit maxime tumefactum uentrem, & stomachum.

Inuentione Patris mei. Recipe. Electuarij de granis Ebuli. unc. s. b. p.

Vnctio. Cum puluere Tabularum Laxatiuarum 3. i.

Cum Aqua fructuum Mesuei. q. s. fiat mistio, quæ sumatur Cubitum eundo.

Vngatur etiam stomachus, cum unguento Agrippæ, mane, & sero: Cui parum succi saluiæ agrestis sit adiectum.

Vomitoriũ Potus. Item ante sumptionem mistionis, sumatur Cyathus. i. Olei Lilini uel Linini calidi, loco Vomitorij. pro potu utendum est, Aqua decoctionis granorum Iuniperi. Seminum, & radicum Fœniculi.

Passularum, ana Manip. i.

CAPVT. XXVI.
Linguæ uitiorum remedia.

Ancynoglossæ Cura.

Ancynoglossa. Ingenerate Ancynoglossæ cura. AGNASCITVR interdum Proli filũ linguæ constringẽs, ac ueluti scirpans Ancynoglossum, quod filum uulgariter uocant, uinculum neruosum, non sine subduro ulcusculo, quod nisi in ipsa teneritudine curetur, præpedimentum loquelæ parit.

Hoc genus mali græce Ancynoglossa, latine per periphrasin, fibrarum linguæ colligamen, aut obnexio dicitur.

dicitur.

Eximitur autem hæc ipsa Instrumento Chyrurgico, quod Graij ἀγκυλοτόμον appellant: Melius tamen est eam sensim dissuere, quàm repẽte præcidere, qua soluta, exertanda Lingula fœtus est, & Rhodomeli superillinendum. Obstetrices à nixu statim innatũ hoc malum nummuli acie dissecant. Gura. Canon.

Tumor Linguæ.

Illinatur succo Absynthij. Tumor linguæ.

Extuberantia Linguæ.

Fricetur lingua cum succo Ribes. & acedine Citri. Extuberantia linguæ.

Ardor Linguæ.

Fricetur lingua cum succo Ribes. & acedine Citri.

Aliud ad idem.

Mundificetur lingua cum Hydreleo. Id est, ex Aquæ Saluiæ partibus ij.
Et aceti Rosacei. parte. i. confecto.

Linctus ad idem.

Deinde inungatur lingua, cum Rob de Berberis. Et cum modico Rhodomelitis diluto. Linctus ad idem.

Fricatio.

Laudat Auicenna Fricationem cum Corticibus Persicorum factam. Fricatio.

Vlcerum, & Apostematum Linguæ, præsertim Ranulæ, Remedia. Vlcera. Abscessus. Ranula Linguæ.

Ad Abscessus Linguæ.

Fricetur Lingua, cum Persicis humidis.

Cura Abscessuum, & ulcerum linguæ, & præsertim Ranulæ: Estq; à parente meo in puella

Ranu-

Cura experta in Ranula.

Ranulosa experta, quæ excedebat decem Annos. Est unum ex secretis, & arcanis Parentis mei.

Phlebotomia.

Primo si sanguis superabundat, phlebothometur Cephalica, uel uena sub lingua: Et fiat uentosatio super Scapulas.

Gargarismus.

Venæ sectio Gargarismus ad Ranulam, et vlcera linguæ.

Postea fiat gargarismus, cum Aqua. Decoctionis Balaustij. Capullarum Glandium. Et aceto.

Fiat Gargarismus.

Alius Gargarismus ad idem.

Recipe. Salis Armoniaci.
Piperis. Sinapi.
Staphisagriæ. Nitri.
Origani Salis. Nigellæ. Sansuci.
Et Ficuum. In Aqua decoctarum, ana q.v.
Fiat Gargarismus.

Ranula quid Emplastrũ. Frictio.

Alia Cura ex Varignana, ad Ranulam.

Ranula est nodus, sub Lingua natus.

Hunc morbum sanat Atramẽtum, si mistum cum Hermodactilis applicetur. In ipsius autem principio, cum Sale Armoniaco: & Gallis fricetur, quod est etiam utile. Si autem inueterata sit Ranula, utaris sequentibus Trochiscis.

Trochisci in Ranula per utiles

Recipe. Vtriusque Arsenici Rubei, & Citrini.
Calcis. Gallarum.
Aluminis. Omnium ana partes æquales.

Vsus.

Et ex hijs puluerizatis, & cum Aceto mistis, fiant parui Trochisci. Cum autem necesse est, sumatur ex eis,

ex eis, ∃.ſ. Et confricentur cum eo Gingiuæ, & ſic maneat parum donec purgetur. Deinde Oleum Roſarum, in Ore teneatur.

Gargariſmus,

Hyſſopus decoquatur in aceto, & fiat Gargariſmus: Et aſpergatur Puluis floris hyſſopi: Et conſumit tumorem linguæ, & uuæ. Gargariſmus

Cura Apoſtematis, & Ranulæ Linguæ, ex Meſueo. Cura Meſuei.

Ordinetur commune regimen Dietæ. Item ſolutio uẽtris, ſi expedit. Dieta.

Fiat etiam Ventoſatio, ſub mento, cum Scarificatione. Scarificatio.

Pariter Scalpellatio facta in ſpacio, quod eſt inter fontem ſaliuæ, & dentes. Scalpellatio

Valet in hoc caſu, ad diſſoluendam Phlegma, quod eſt aggregatum in Lingua, ſequens Gargariſmus. Gargariſmus in ranula expertum.

Recipe. Origani. Pyrethri.
Zingiberis. Piperis nigri.
albi. longi.
Salis Armoniaci. Sinapis.
Cinnamomi. Hyſſopi. Nigellæ.
Sanſuci. Coſti. ana. q.v.
Confice cum Oxymelle Scyllitico. Et Rob.
Et gargarizetur diebus continuis, cum eo.

Alia in Ranula, parentis mei Cura. Cura parentis in Ranula.

Primo fiat Scarificatio uenularum, in Gingiuis, et parte tumenti exiſtentium. Scarificatio

Secundo

Gargarismo Secundo utatur sequenti Gargarismo Consumptiuo.
Recipe. Piperis. Pyrethri.
Zingiberis. Zedoariæ.
Caryophyllorum, ana ℈ i.
Vuarum Passarum, ʒ i.ſ. Ficuum numero 6.
Bulliant simul in Vino albo, ad consumptionem medietatis, & calide gargarizet.

Emplastrũ. Tertio, fiat Emplastrum super Mentum tale.
Recipe. Stercoris Anserini.
Mellis, ana unc. i. Coquatur in Vino: usque ad consumptionem Vini, fiat Emplastrum super locum.

Puluis ad Ranulam. Quarto teneatur in ore, sub lingua, iste Puluis.
Recipe Oßis Sepiæ.
Salis Gemmæ. Piperis, ana ℈.ſ.
Spongiæ ustæ: quantum de omnibus. Fiat ex hijs puluis.

Corrosiuum domesticum Stockeranum, pro Gingiuis, & alijs ulceribus corrosiuis, & ambulatiuis, nec non pro Ranula.

Puluis Stockeranus in Ranula. Recipe. Vitellorum Ouorum, decoctorum ad duriciẽ. q.v. Salis Tantundem.
Deinde ponatur in Olla, perlutetur, & ponatur in furnum, & desiccetur, fiat Puluis: Et utere in ulceribus, ubi necesse est.

CAPVT. XXVII.
Lapidis Vesicalis, & Renalis Remedia.

Lapis Calculus

Aqua Iringi Oleum. AQVA distillationis iringi, pitissando sumpta,

Lapillos

Lapillos tam Renales, quàm Vesicales consumit: Partibus tamen genitalibus prius Oleo Laureo perunctis Et Emplastro subsequenti ijsdem apposito.

Recipe. Vitella Ouorum integrorum, cocorum in aqua num. 2. uel 3. Conficiantur cum Oleo Nardino. Et Muscelino. Emplastrũ.

Et additis Folijs Enulæ Campanæ.

Parietariæ: Petroselini.

Saxifragæ.

Puluere item Lapidis Iudaici. Fiat Emplastrum.

Aliud.

Recipe. Oleastri radices.

Ciminum. Et cepulas, ana q.v.

Terito, & in Oleo coquito, & pone calidum super pectinem. Vrinam enim cit, & Arenam potenter expellit. Emplastrũ.

Aqua sublimationis lappæ, cum Vino subtili albo sumpta, manifeste frangit Lapidem, tam Renalem, quàm Vesicalem. Galen. in Experimentorum libris. Aqua in Renali, & vesicali Calculo à Gal. in lib. experimentorum

CAPVT. XXVIII.

Membrorum Male habentium Remedia.

Contra Extenuationem Membrorum.

RECIPE. Herbæ Tenaceti. Manip. 2. uel 3. Coquatur in aqua. Lauetur locus ea frequenter, est enim mirabile. Lotio in Extenuatione Membrorũ.

Inunctio, siue Linimentum.

Reci.

Linimẽtum. ad idem. Recipe. Olei Amygdalini amari.lib.ſ. Croci bene triti, ℥.ſ. Coque, & line membra extenuata, ut ſcis.

Aliud ad idem.

Recipe. Summitatum Iuniperi. Radicum Vrticæ. Saluiæ. Florum Camomillæ, ana Manip.i. Bulliant in Butyro recenti. Dein optime colentur, cũ expreßione forti, fiat Emplaſtrum.

Aliud ad idem.

Emplaſtrũ. Recipe. Multos Vermes terreſtres mundatos: Pone in phiala, perlutetur paſta panis bene, & ponantur in Clybano, ſæpe reſpiciendo quando habeat fiſſuras, quæ continue iterum perlutentur, & quando diſſoluũtur cum aqua illa fiat Vnctio, membri tabefacti.

CAPVT. XXIX.
Narium Vitiorum Medele.

Nariũ morbi. Fluxus ſanguinis nariũ Emplaſtrum

Aduerſus fluxum ſanguinis Narium.

ARGILLAM confice cum Aqua Roſacea, & Aceto acri, fiat Emplaſtrum.

Aliud.

Cinis Ranæ combuſtæ, poſitus ſuper ſanguinis locũ, omnimodam Cruentationem retinet.

Aliud.

Valet etiam in hoc caſu Olibanum.

Aliud.

Sumatur Cinis Cornu Cerui: Vel Bouis. Addatur Acetum, & emplaſtretur, aut naribus attrahatur.

Aliud.

Idem

Idem Facit Cinis Rosarum.

Aliud.

Idem efficit Emplastrum ex secretis Galeni, Capite de fluxu Ventris.

Aliud.

Succus Arnoglossæ, & pili Leporis, simul misti, & emplastri modo applicata hæc, sanguinem super omnia stringit.

Obstructio puerorum in Naribus, ex mucis pituitosis induratis.

Nux Cyperißi teratur cum ficubus, & cum licinio naribus immittatur, sanat omnes obstructiones. Licinium. In sufflatio.

Aliud.

Lactuca est præsentaneum Remedium oppilationum factarum in naribus.

Aliud simile.

Euaporatio facta cum Aceto calido, fortiter aperit. Alia Euaporatio.

Euaporatio alia.

Similiter operatur Euaporatio decoctionis Stæchadis.

Licinium expertum.

Fiat Licinium ex Butyro. Et Oleo Liliorum alborum. Misce simul, fiat Licinium. Licinium in Narium obstructionibus expertũ

CAPVT. XXX.

Vlcusculorum Oris, quæ Vulgus Aphtas Indigitat, Remedia.

INFANS, aut Puellus Ostocopo, seu Cancro, Os infestante laborans, Insperſione ex Ceruini cornu ramento. Et malicorij puluere confecto, sanetur. Ostocopus. Cancer. Inspergium sanans

Valet

Carcinomaticos puerulos

Valet idem Inspergimen in alijs quoq; Cancrosis eorundem Infantium partibus.

Idem haud incommode perunguntur Butyro. Vix enim commodius Popanum reperias, quod ad æque prosit Oris ulceribus in eadem ætate, quas Aphtas dicunt.

Aphtæ.

Oris item ulceri, quam Aphtan Græci nominant, opẽ fert iris, uel cum melle, uel sicca etiam adhibita.

Nomæ. Aphtæ.

Antherum Aeginetanũ

Nomas Oris, & Aphtan sanat, Antherum Aeginetanum. Quod sumit Cyperi. denarios 8.

Myrrhæ, denarios 12. Sandarachæ. denarios. 3.

Floris Rosarum, denarios 2. Croci, denarium. 1.

Crocomagmatis. Aluminis fissi.

Ireos Illyricæ. singulorum. denarios 2.

Eidem adfectui præsidio sunt, Rosarum folia contusa: Pariter & earundem Flosculi. Item Crocus.

Myrrhæ pusillum. Cicis, siue Galla.

Thus. Cortex Thuris.

Vel simul, uel singulatim melle irrigata, & excepta. Præterea Mulsum, siue Melicratun, & Apyrenorũ cremor.

CAPVT. XXXI.

Pestis, & Intosicationis Remedia.

Pestis intosicatio.

PROPHYLACTICON optimum in præcauenda lue pestilenti, in forma morsellorum.

Recipe. Diatria sandalorum ʒ. ij.

Specierum Diarhodonis Abbatis. ʒ. ſ.

Tro=

Trochiscorum Dyasphragidos, id est, de Terra sigillata. ʒ. ſ. Gemmarum, Margaritarum.
Electuarij Gemmati sine speciebus. ʒ. ij.
Boli Armenij. ʒ. ij. Sacchari albi. ℥. xij.
Misce, & cum aqua Buglossæ. q. ſ. fiat Confectio solida in morsellis, ʒ. iij. pro singulo morsello. Vel potest illa confectio dissolui in aqua Acetosæ.

Confectio. Loco Gemarum, et Margaritarũ pot sumi Diamargariti.

In præcauenda Infantium pestilenti Infectione, prætium operæ fuerit Infantulos ter in die odoriferis suffitibus, puta, Trochiscis, uel insuletis suffumigare.

Potus. Suffumigia.

Iisdem etiam guttulas aliquot Aquæ Angelicæ, uel Enulæ, seu Pimpinellæ, cum exiguo Theriacæ, uel Mithridatis Antidoti. uel Rectificationis contra pestem infrascriptæ propinare licebit.

Potus.

Rectificatio contra pestem, in forma Electuarij.

Recipe Theriacæ finæ.
Mithridatici boni. ana. ʒ. iij.
Electuarij de Ouo. ʒ. ij.
Boli Armeniaci præparati. Terræ sigillatæ.
Radicum Dyptami, ana ℈ 1.
Specierum Crodialium ℈ 2. Cum syrupo Betonicæ fiat Mistura, optime simul incorporata.
Nutrix in dies mane, & uespere, sumat exiguum sub scripti Pulueris, super pane tosto, cum syrupo Acetositatis Citri irrigato.

Rectificatio contra pestẽ in forma electuarij.

Tragea contra Pestem.

Recipe. Specierum Ellectuarij Liberantis, ℥ 1. Tormentillæ. Dyptami, ana ʒ iij.
Pampinellæ, ʒ ij. ſ. Doronici.

Tragea contra pestem, pto Nutrice.

Cinnamomi. Seminis Citri.
Zedoariæ, ana ʒ ij.
Sacchari ad pondus omnium. Fiat Tragea.

CAPVT. XXXII.

Pectoris, Pulmonis, Præcordiorum, Thoracis, & omnium Viscerum male habentium Medelæ.

Mistura in Asthmate, & pulmonis vitijs experta.

CVRA multoties à parente meo experta, in quadrimis pueris, difficultate spiritus laborantib.
Recipe. Conseruæ Nymphæ.
Rosarum, ana ℥ ſ.b.p. Manus Christi.
Trochiscorum de Camphora.
Diarhodonis, ana ʒ i.
Electuarij de Gemmis frigidi ℈ iij. Cum Iulepo Rosarum, fiat mistura Dosis eius auellanæ quantitas, sæpius in die administrata.

Vnguetum ad Pectus, et Thoracē.

Pro Pectore Vnguentum.
Vngatur pectus Vnguento pectorali Communi.

Mistura pro pectore, Thorace, & Visceribus.

Thorace, & visceribus. potus diurn° stricture pectoris

Recipe. Decoctionis pectoralis Communis ℥ i.
In qua dissolue.
Cassiæ fistulatæ cum Manna ʒ i. Detur in aurora, si nihil duxerit reiteretur, dando duplum pondus.
Vtendum pro potu, Lactæ Canabino.
Pectoris Stricturæ medetur, Lac Magistrale, multimorbum, ordinatum pro pueris Trimulis, & Quadrimulis, Cuius descriptionem reperies supra, Cap. 18. de fc=

de febribus Puerorum.

Aeque prodest Vnguentum Mollitiuum sequens.

Recipe. Adipis Gallinæ. Lac expertũ

Anseris. Anatis.

Butyri recentis, ana ʒ iiij. Olei Chamomælini.

Lilini. Amygdalini, ana ʒ iij.

Medullæ Vitulinæ, ʒ ij. Cum competenti pondere Ceræ: Fiat ad modum Vnguenti. Quo pectus, Lateera, & uenter, mane, & sero perungantur.

Cura experta, pro puero quodam Quadrimo, Strictura pectoris laborante.

Recipe. Mannæ electæ ℈ ij. Strictura pectoris.

Diacatholiconis, ʒ.ſ. Floris Caßiæ, ʒ i. Misce cum syrupo de Liquiritia, fiat Mistura. Detur lambendum sæpius, præsertim noctu, & in ieiunio.

Cura alia experta à parente meo in Peripneumonicis bimulis.

Primo ungatur uenter unguento de Adipibus, in Dispensario descripto, mane, & sero. Peripneumonia.

Secundo utatur, sequenti Iulepo Lenitiuo. Iulepus. Lenitiuus.

Recipe. Iulepi Violacei. Iuiubini, ana ℥ ij.ſ. Mistura.

Aquarum Maluæ. Bethonicæ.

Scabiosæ, ana ℥ ij. uel iij. Dissoluatur in eo.

Diaprunis simplicis. Electuarij lenitiui.

Diasebesten simplicis. Diacatholiconis.

Casiæ fistulatæ cum Manna, ana ʒ i. Misce, fiat potus, De quo mane, & sero, Cochlearia 2. uel 3. uel 4. bibat.

Pectoris à pituita repleti Cura.

Cura puellæ sexennalis ex pectore laborantis potus

Recipe. Mannæ electæ, ʒ i. b. p.
Sacchari Candi. Succi Liquiritiæ, ana ℈ .ſ.
Diapenidij. Trochiſcorum pectoralium, ℈ i.
Infundantur in Aquis. Cardui Benedicti.

Peripneumonia. Vnguẽtum

Prunellæ. Scabioſæ, ana q.ſ. Stent infuſa per diem naturalem: Poſtea colentur. De quo detur mane, & ſero, Cochleare. i. uel plus.

Potus.

Et interdum pocionetur Aqua fontana, Cui guttæ aliquot iſtius Apobregmatis, ſeu Diluti immiſti ſint.

Ficus aſſatæ

Proderũt & ficus aſſatæ, & nonnunquam comeſtæ.

Contra Pectoris plenitudinem.

haustulus

Recipe. Prunorum.
Tamarindorum. Paſſularum.
Violarum. Liquiritiæ.
Ficuum, ana parum. Bulliant omnia in ſ. q. Aquæ, ſecundum artem. Coletur. In Colatura, cuius ſint. ℥ 4. b. p. diſſoluatur Manna, dum adhuc calida eſt. Et iterum coletur. Poſt liquentur in ea non colanda. Syrupi Borraginati ℥ .ſ.
Mannæ electæ ʒ iij. Caſiæ fiſtulatæ cum Manna.
Diacatholiconis. Electuarij Lenitiui, ana ʒ i. ℈ .i.
Miſce, fiat Haustulus, capiat circa mediam noctem: Diuidatur in duos Hauſtus.

Pectoris obtuſitati medetur ſequens Potus.

Potus pro pectoris obtuſitate.

Recipe. Ficuum pinguium. num. 15.
Iuiubarum num. 30. Radicum Fœniculi, ʒ iij.
Succi Liquiritiæ, ʒ .i. Sacchari Candi, ℈ 4. b. p.
Bulliant in mulſo bono, ad conſumptionem unius partis, Coletur, Colaturæ, Recipe, totum. Et adde tantundem

dem Aquæ Polypodij. Bibat mane, & sero, haustulũ 1. calide: Interdiu uero cum Aqua fontana lymphatum. Edenoi etiam Trochisci pectorales. Trochisci.

Omnibus Visceribus, male habentibus, utpote pectoris, pulmonis, præcordiorum, & Thoracis morbis confert potus sequens. s.

Potus salubris in morbis pectoris pulmonis, præcordiorũ Thoracis, et viscerum.

Recipe. Ficuum pinguium. num. 12.
Iuiubarum num. 20.
Decoquantur incisa, in Aqua Borraginis. Buglossæ, ana q. s. In Colatura dissoluantur.
Mannæ electæ, ʒ ij. b. p,
Cassiæ pinguis, & bonæ, ʒ iij.
Electuarij Lenitiui, ʒ. i. s. b. p. Et fiat Potus, dosis Cochlearia ij. de mane, & super ieiunet duas, uel tres horas: Et detur etiam Cochlear. 1. de nocte: Et Aqua Potus illius fit Decoctio pectoralis infrascripta, cum Aqua fontana diluta.

Acqua decocta.

Recipe. Tamarindorum. Ficuum.
Dactilorum. Sebesten.
Passularum. Hordei.
Liquiritiæ, ana ʒ i. uel ij. Bulliant in Aqua. q. s. secundum artem. Deinde colentur. Et in colatura dissoluatur. Oxymelitis simplicis Mesuei, tantum, ut fiat ad modum Iulepi misti. De quo cum Aqua fontana bibat parum pro uice.

Suppositoria

Vtatur mane, & sero uno suppositorio Communi, si sua sponte Aluus non fuerit cita.

Mel passulatum ad Hepar, & pectus.

Mel passulatum.

Recipe. Passularum mundatarum à sordibus, ℥. iij.

uel iiij.

Aquæ communis. lib. 1. Coquantur simul, usq; ad consumptionem Aquæ. Cui addatur Mellis despumati, duplum ponderis. Deinde iterum coquantur simul, usq; ad necessitatem, & usui reserua.

Electuarium pro Pthysicis Pueris, & Infantibus.

Marasmus Phthysis. Tabes. Electuariũ contra consumptionem corporis.

Recipe. Caudarum Cancrorum fluuialium, præparatarum secundum artem. lib. s.
Seminis Endiuiæ. Acetosæ.
Scariolæ. Lactucæ, ana ʒ i. s.
Nucleorum pineorum mundatorum ℥ ij.
Sacchari optimi ℥ iiij.
Mellis Violacei. Vel Iulepi Violacei. q. s. Fiat Electuarium arte. Dosis Infantulo erui quantitas, in lacte nutricis soluta, puero, ʒ. i. per se.

CAPVT. XXXIII.
Plethoriæ Remedia.

Plethoria. Potus in plethoria.

CONTRA Plethoriam Cura, quæ competeret Octennali, nouennali, & decennali.

Recipe. Marrubij. manip. 1. Hyssopi. manip. s.
Melissæ tantundem. Caricarum. num. 7.
Liquiritiæ rasæ ʒ ii. Vuarum passarum, unc. i.
Tragacanthi, ʒ i. Penidiarum.
Candi. ana. ʒ iii. Omnibus incisis & contusis, bulliant simul in Mulso bono. q. s. ad consumptionem tertiæ partis, Colatum dulcoretur cum syrupo Iuiubino, quod satis est. Et fiat potus tepide sumendus, mane, et sero. Dosis eius Puero. uncia 1. pro uice. Adultioribus.

ribus.unc.4.

Interdiu lymphetur iste potus, cum Aqua fontana pura, & bibatur in modum Zulapii misti. Edat mane, & sero Ficus assatas. Si sedem naturalem non habuerit quottidie imponatur ei Suppositoriũ de nocte. Plethoricis etiam multum cõfert Lac magistrale, multimorbum, Cap. 18. de febribus descriptum. Idq; lac Trimulis exhiberi potest.

Ficus. Suppositoria

Lac.

Vnguentum mollitiuum in Plethoria expertissimum. Recipe. Adipis Gallinæ. Anseris. Anatis. Butyri recentis, ana ʒ iiii. Olei Chamomælini. Lilini. Amygdalini, ana ʒ iii. Medullæ uituliciæ, ʒ ii. Cum competenti pondere Ceræ, fiat ad modum Vnguenti. Quo pectus, Latera, & uenter, mane, & sero perungatur. Si plura de hac materia desideras remedia, consule Caput de Tussi sequens, & satis fiet.

Vnguẽtum in plethoria

CAPVT. XXXIIII.

Ad Pyricauta, seu ambusta Medelæ.

Pyricauta. Ambusta.

INFANTVLIS, & pueris quocunque modo per incuriam Nutricum combustis, prodest sequens Vnguentum.

Recipe. Rhodini. Aceti, ana unc.ſ. Boli Armenii. ʒ i. Misce cum Aqua Solatri. Vel Semperuiui. Fiat Vnguentum.

Vnguẽtum contra Combustionem expertum.

Emplastrum ad idem.

Combustioni peculiariter prodest, succus Lactucæ

Ad idem

Emplastrũ. agrestis, cum Lacte pingui superpositus.

Vnguentum ad Combustionem. Vnguentũ doloris mitigatiuum, præsertim in principio Combustionis ignis.

Recipe. Olei Rosacei, unc. 2.

Vitellorum Ouorum, num. 6. Agitentur simul in modum Emplastri. Si uis magis Anodynum. Adde Croci, gr. 6. Et fiat Vnguentum arte.

Linimẽtum Calx uiua, Oleo Rosaceo extincta, deinde admisto Cremore Lactis, ad formam Emplastri redacta, illinatur.

CAPVT. XXXV.

Rheuma. Fluctio.

Rheumatismi, seu Fluctionis Remedia.

PVERIS, & Infantibus Rheumatismo uexatis, prodest Olfactatio sequentis Pomi.

Suffitus ad Catarrhum Recipe. Ladani purissimi, unc. i.

Nigellæ, unc. i. s. Ambræ.

Moschi, ana gra. 3. Fiat pomũ arte: Prodest etiã fieri Suffumigatio, de reliquiis illius Pomi. Satius tamen mihi uidetur uti prædicto pomo ad odoratũ, quã ad suffumigandum.

Linctus. Pusiones Catasmegino, siue destillatione (quam alias Coryzan uocant) infestatos, Melleorum Ecligmatum frequentiore Linctu curabimus.

Cura parentis experta sæpius. Equidem Anno superiori Parens meus, plus duodeuiginti Puellos Plegmatodes, sola Thuris, Mastiches, Sandaracæ, Styracisq;. Suffitu sospitauit.

Odoramentũ ad Rheu Complures item, eodem malo uexatos, Odoramẽtum

ex

ex stillaticij liquoris Rosarum: Et admistione Caphu ræ composito liberauit. *ma, & Catarrhum.*

CAPVT. XXXVI.

Raucedinis Medelæ. *Raucedo.*

SYRVPVS Iuiubinus, *cum Aqua Tussilaginis lymphatus, eliquatis in eo granis aliquot succi liquiritiæ, postea colatus, & stillatim infantibus irroratus, optimum est pro Pueris, & Infantibus Arteriace.* *Potus. Raucedinẽ curans.*

Eorundem quoq; Raucedini medetur, hæc Potio, cum Aqua Scabiosæ, modice diluta. *Potio ad idẽ*

Recipe. Liquiritiæ mundatæ, rasæ.
Vuarum passularum. ana ℥ ſ.
Ficuum paruarum. num. 6.
Foliorum Fœniculi ʒ vi.
Foliorum Menthæ. ʒ ij.
Hordei mundi. Manip. 1. Bulliant simul in Aqua, usq; ad consumptionem tertiæ partis, & fiat potus. *Linctus.*

Pro Pueris uero ualet subsequens Lohoch, uel Eclegma.

Recipe. Dragacanthi electi ʒ .ſ.
Infundatur in Aqua Rosacea. Deinde
Recipe. Sacchari Penidiati. ℥ .ſ.
Amydi ʒ i. Mellis Rosacei colati ʒ ij.ſ.
Misce in forma Lohoch. Aliquando addo parum de Saccharo Condito. *Canon.*

Aliud.

Recipe. Saccharum Conditum. Dissolue in Flore Lactis. *Eclegma, Lohoch.*

Addito

Addito exiguo mucilaginis seminum Cydoniorum. Et lambeat modicum.

CAPVT. XXXVII.

Ramex.

Ramicis Medelæ.

Emplastrum paternum ad Ramicem.

Emplastrũ

Recipe. Vtriusque Consolidæ.
Lanceolæ. Plantaginis.
Corrigiolæ. Restæ Bouis.
Vel Caudæ Equinæ.
Sanguinariæ. Pentaphilonis. ana lib. s.
Pulueris Gallarum arabicarum.
Boli Armenij. Sanguinis Draconis.
Cubebarum. Glandium.
Corticum medianorum Castanearum.
Virgæ pastoris. Lenticulæ.
Mastyches. Myrti. Mumiæ ana ʒ v.
Sepi Hircini. Olei Rosarum. ana lib. 1.

Vnguentũ in Puerorũ Ramice ex ptissimũ.

Misceantur, & fiat Vnguentum, ad lentum ignem, agitando cum spatula, & parum stet supra ignem, sed cum depositum fuerit ab igne, semper cum spatula agitetur, donec sit bene incorporatum.

Vnguentum contra Ramicem crassam puerorum.

Recipe. Vnguenti de succo Enulæ. ℥ ʒ.
De Elleboro albo. ℥. s.
Pinguedinis Porcinæ ʒ x. Incorporentur simul, & fiat Vnguentum, longa contritione, & liniantur ex eo Inguina, & tota bursa. Valet Herniæ aquosæ, carnosæ, & intestinali.

CAPVT.

CAPVT. XXXVIII.
Stomachi Dyſcraſiæ Medelæ.

STOMACHVM *frigidum calefacit, aſtringit, & Indigeſtionem prohibet potus ſubſequens.* *Stomachus. Ventriculus Potus*

Recipe. Acetoſæ. manip. 1. Bulliat in aqua Endiuiæ q.ſ. Cum quatuor ſeminibus frigidis, & inde potetur.

Edat etiam Diacidonitē aliquādo pro Confortatione. *Diacidonitē*

Vnguentum ad idem. *Vnguētum*

Vngatur Stomachus, cum ſucco Menthæ. Et Oleo Spicæ, calide, mane, & ſero. *Puluis cōtra faſtidium.*

Puluis contra faſtidium, Vomitum, nauſeam, et reiectionem Ventriculi expertus. *Vomitum, nauſeam, et reiectionem ſtomachi ex Varignana.*

Recipe. Rutæ ſiccæ. Partem. 1. Olibani, partem tertiam. Miſceantur, & detur ex eo, ſecundum quod neceſſitas poſtulat. Quandoq; miſcetur puluis iſte, cum ſyrupo Roſarum, quandoq; cum aqua, quandoq; cum uino. *Potus*

Ad idem.

Idem poteſt à proprietate, Odor Cortirum Citri.

Aliud.

Nauſeam item puerorū abſcindit, Syrupus de Mētha.

Faſtidium Stomachi tollunt ſequentia.

Rob Granatorum. Oxymeli. Syrupus Acetoſæ. *Faſtidium adimunt. Compoſita hæc.*

Debilitati, & Ructibus Stomachi confert ſequens potus.

Syrupus Meliſſæ, ab Auicenna deſcriptus, in Libello de uiribus Cordis: Doſis reſpectu ætatis.

Ad

Ad idem.

Iisdem adfectibus medetur Zulapium Melissæ.

CAPVT. XXXIX.

Sitim Restinguentia.

Sitis.

Sitim restinguit sequens potus.

Potus cõtra sitim. Recipe. Acetosæ. Manip. 1. Bulliat in Aquá Endiuiæ.q.s. Cum quatuor seminibus frigidis: Et inde potetur.

Ad idem.

Potus. Aqua sylueſtris Endiuiæ, potui data, sitim reprimit.

Ad idem.

Potus ad idem. Item Rob de Ribes, cum Aqua Acetosæ dilutum, similiter ualet.

aliud ad idẽ Ardorem præterea stomachi, & uehementiam sitis, compescit, potus Aquæ portulacæ, cum succo Punicorum malorum mistæ.

CAPVT. XL.

Singultum Auferentia.

Singultus. FIAT Decoctio florum Aneti.

Decoctio. Cimini. Serpilli. Sisimbrij.

Seminis Ruthæ. Pulegij.

Omnium generum Menthæ. Absynthij. ana parũ.

Et per modum Cataplasmatis stomacho superponatur, & breui cessabit singultus.

Aliud ad idem.

cataplasma Ad idem Idem facit Apium aquaticum tritum cum mica panis, & cataplasmatum.

Mastix

Mastix cum Albumine Oui, & Aceto confecta, posita supra furculam, uel Orificium stomachi, idem maxime corroborat, & Vomitum retinet, nec non Singultum amouet. Linimẽtum.

Dolor stomachi, si fuerit de frigida intemperie, Cyperus teratur, & in Oleo bulitus, super emplastretur. Ad omnia stomachi uitia præcipue confert, sequens Emplastrum. Emplastrũ.

Recipe. Olibani. Succi Menthæ.
Et parum Aceti. Bulliant simul, & emplastrentur in furcella Pectoris.

Aliud ad idem.

Recipe. Mastiches. Cimini.
Baccarum Lauri. ana ℥ i. Tere cum succo Rutæ, & confectum cum stupa, super impone stomacho, & miraberis effectum.

CAPVT. XLI.
Sternutationem Sistentia.

Sternutatio Mesuei consilium. Olea Sternutationem nimiam sistentia.

STERNVTATIO si nimia fuerit, adserit Mesues, Olea frigida Naribus attrahantur, aut Capiti infundantur, aut naribus immittantur.
Sicut est Oleum Rosarum.
Oleum mistum de Salicibus.
Oleum de Cucurbita. Et similia Sternutationem nimiam tollunt.

Aliud Remedium.

Isaachus. Succus Basilici.

Et dixit Isaachus, quod Succus Basilici, Sternutationem à proprietate sedat.

CAPVT.

Spaſmus.
Tetanus.

CAPVT. XLII.

Spaſmatis, Tetaniq́ue Remedia.

Lotio

Ad Spaſmum, & Tetanum.

CONVVLSIONIBVS, & Tetano Puerorum herba, quam Helietropium Græci, Solarem latini dicunt, aqua elixa ſubuenit efficaciter, ſi puerulus eodem decocto quoties neruorum diſtentio ingruit, inudetur, eoq; magis, ſi poſt lauationem, Irino Oleo, aut Cyprino, aut Sicyonio delibutus, tantus, quantus eſt, incaluerit.

Inunctio.

Illinitio.

Remedia Spaſmi, & Tetani per me pluries experta.

Illinitio, facta cum pinguedine Ceruina. Vrſina. Vulpina. Felina. Vel Aerulina. Spaſmaticos non puellos ſolum, ſed & reliquarum deinceps ætatum homines maximopere iuuat.

Enchiſtra quid?
Gãgiliũquid Vnguentũ.
Diacõmeos.

Inter omnia Enchiſtra, hoc eſt medicamenta liquida, quæ illinuntur, nullum deprehendi magis efficax, in curando Spaſmo, Gangilioq;, (quod Nerui alicuius contorſio uerti poteſt) quàm Vnguentum Diacommeos meum, quod conſtat.

Ex Olei Muſcelini ſemuncia.
Butyri ʒ ij. Therebinthinæ.
Ceræ, ana ℥ ſ. Mastiches.
Styracis. Myrrhæ. ana ʒ iij. Conficiantur ſimul, & fiat Vnguentum technice.

CAPVT. XLIII.

Serpiginis Medelæ.

Serpigo.

Cura Serpiginis.

FIAT Alipena ex Oleo Lateritio, & Puluere Sulphuris, optime conepsatis, & utere: Est expertissimum remedium. Hac enim Inunctione, puer omnino Impetiginosus est à me curatus. *Inunctio*

Serpiginis (quam Græci Herpeta uocant) Cura. Primo fiat rasura Loci serpiginosi. Dein lauetur Locus, Succo Arantiarum. Postea applicetur istud Enchriston. *Serpigo. Herpes. Rasura. Lotio. Linimẽtum.*

Recipe. Nitri ʒ ij. Sulphuris uiui ʒ iiij. Adiectaq; Resina copiosa, fiat ad modum Enchristi.

Aliud ad eundem adfectum.

Recipe. Sulphuris nigri, ʒ iij. Terantur, & cum Rhodelæo, quod satis est, fiat ad modum Linimenti. *Linimẽtum*

CAPVT. XLIIII.

Splenis Adfectionum Remedia.

SPLENIS dolorem, Tumorem, & Opilationem sedat, sequens Inunctio. *Dolor, Tumor, & opilatio Splenis*

Recipe. Foliorum scolopendriæ. *Inunctio*
Foliorum Tamarisci.
Corticum radicum Capparorum, ana q.v. Decoquantur cum Oxæleo: Et fiat Inunctio.

CAPVT.

CAPVT. XLV.
Scabiei Cura.

Vnguentum — VNGVENTVM contra Scabiem, ſerpiginē, uitiligines, Syrones, & omne genus Puſtularum, quæ Infantibus, & pueris contingere poſſunt, expertiſſimum, Quo poſt lauacrum ad locum calidum ſemper perungatur.

Vnctio — Recipe. Succi Lapacij acuti. lib. ſ. Olei Nucei Quartam 1. Picis ℥. ſ. Bulliant ſimul, & colentur, & Colaturæ addantur. Sulphuris puluerati. Tartari, ana ℥. ſ. Miſce, & fiat Vnguentum arte.

Ad pruritum.

Pruritus. Lotio — Lotio facta ex Succo Ebulorū, Milheſmo Varignano teſte, tollit Scabiem, & pruritum.

Inūctio — Ad idem ualet, ſi patiens inungatur ad idem, donec ſudet, cum Oleo, Sale, & modico Aceti.

Oleum. — Oleum item de Schænanto inunctum, omnem Prurigi nem aufert. Eiuſdem æquiualentiæ eſt Oleum Coſtinum, & Beeninum: Quæ etiam aſpredinem corporis mirifice purgant.

Oleū aliud.

CAPVT. XLVI.
Tumores Sedantia Pharmaca.

Ad extuberantiam Colis, & Teſticulorum.

Tumor Colis & Genitalium. Inunctio. — Recipe. Olei de uermibus. q. v. Illinatur loco dolenti eſt expertum.

Ad Genitalium pruritum.

Lauentur

Lauentur Colei pruriginosi, cum Aqua decoctionis foliorum & stipitum Saluiæ. Pruritus Genitalium

Contra Apostemata, & duritiem Testiculorũ, Colis, Tibiarum, & aliorum membrorum. Lotio Emplastrũ, Membrum virile. Tibiæ Testiculi.

Recipe. Fabarum, ʒ x.
Cumini. Coriandri. Farinæ Cicerum. ana ʒ iij. Incorporẽtur cum Melle. q.s. & fiat Emplastrum. Emplastrũ.

Emplastrum ad Tumefactionem Testiculorum.

Recipe. Corticum Granatorum ℥ i.s.
Farinæ Fabarum, unc.s. Olei Rosarum. q.s.
Fiat Emplastrum in modum pultis.
Adde de Amurca Aceti, unc.s. Croci, ʒ.s.
Decoquantur in Aqua Solatri. Et Plantaginis.

Emplastrum conueniens in Apostemate Testiculorum cum duricie, habente etiam malam Complexionem calidam.

Recipe. Foliorum Maluæ. Et parum de Rosis. Emplastrũ.
Coquantur in Aqua, & exprimantur, atq; terantur, Et cum illa Aqua, uel decoctione, una cum Oleo Rosarum, & farina Fabarum. Conficiantur in modum pultis, & coquatur ad spissitudinem, & tepide aponatur: Et si remaneret Durities, tunc ex radice Euisci fiat Cataplasma.

Alia Emplastratio ad idem.

Coquantur Fabæ in urina Pueri: post emplastretur locus cum eis. Emplastrũ

Saccellatio Testium inflatorum.

Sacculus ad Testes inflatos. Recipe. Farinæ Fabarum. Cumini. ana unc.iij. Camomillæ.unc.i.ſ. Fenugræci. Seminis Lini.ana unc.1.ſ. Farinæ Hordei. unc. ij. Olei Rutacei. Chamomælini.ana unc.1.

Emplastrũ Aceti parum. Fiat Emplastrum.

Sacculus.

Sacculus. Recipe. Rutæ. Camomillæ. Fabarum. Fœnugræci. Bulliant in poſca,(id eſt, uino,& Aqua, pariter dilutis) ponantur ad Sacculum,qui loco ſuperponatur.

Inunctio.

Inunctio. Fiat prius Inunctio, cum Oleo Chamomælino. Flore Lactis. Et Butyro recenti. Miſceantur ſimul, & inungatur calide.

Emplastrum ad idem.

Emplastrũ Fiat Emplastrum ex floribus Camomillæ. Furfuribus. Roſis. Parietaria. Violis. Carthamo, ana Manip. 1. Decoquantur in Oleo Linino, uel in Oxelæo, & fiat Emplastrum.

Ad idem ſi ſit durities.

Fomentum. Fomentatio cum Malua eſt expertiſsima.

Liniment̃um. Aliud contra tumorem Teſticulorum.

Recipe. Farinæ molendini. unc. iij. Farinæ Fœnugræci. unc. 1. Farinæ Fabarum, ʒ. vi. Vitella Ouorum, numero iij. Incorporentur cum Oleo Roſarum, uel aliquo alio conuenienti, & adplica loco calide.

Puluis.

Recipe.

Recipe. Pisas albas, & torrefiant super batibulo, seu in furnibulo, uel pala, donec bene nigrescant, deinde mittantur in pilam, & fiat puluis: Quem insperge. Puluis.

Damiani Cura.

Persicaria in Vino decocta, & adiectis uitellis Ouorum, per modum Emplastri calide applicetur. Damianus. Emplastrũ. Vnctio.

Aliud.

Recipe. Parietariæ uiridis. manip. 3. In uino coquatur, & adplicetur calide.

Si tumor, & Inflatio adsint.

Valet media cortex Sambuci, in Vino cocta: Dosis Cochlear. 1. Potus

Emplastrum ad Extuberantiam Virgæ.

Recipe. Aquæ Maluauisci. Et Maluæ. Cum farina Hordei subtilissima confice. Coque in modum pultis, & superpone. Contra Tumorem Emplastrũ

CAPVT. XLVII.

Tenasmi Cura.

CONTINGIT aliquando Pueris Tenasmus, qui est continuus appetitus, & conatus ad egerendũ, cum pauco, aut nullo exitu fæcum, quo qui laborat in tantũ angitur, quod sæpe Anus procidat, sentiaturq; ibi intollerabilis punctura. Tenasmus.

Cura huius morbi est talis.

Bibat patiens extillaticium liquorem Verbasci. Potus

Item sedeat in Decocto eiusdem herbæ, & frequenter tergat Anum cum illa. Lotio.

Fiat etiam Fomentum Ani, cum Elixatura illius. Fomentum.

Emplastrũ. Supositoria. Item Ruta bullita, teratur, & super locum emplastretur, saluberrime sanat.

Vrgente uero maxima necessitate, imponatur Ano hæc Glandula.

Recipe. Olibani. Et Ameos, ana ʒ i.

Opij ∋ i. alias ʒ ſ. Croci. ʒ ij. alias ʒ x. Confice cum Melle, & fac Suppositoria.

Canon vel Obseruatio. Fumigatio. Quod si propter uehementem dolorem, & nisum excernendi Anus exierit, uel prociderit, digito Intestinum retrudatur, prius ramento Cornu Ceruini combusti respersо.

Fumigatio facta de Terebinthina, posita super carbones, sanat Tenasmonem.

Suffumigiũ aliud. Alia Suffumigatio.

Ciminum. Anisum. Anethum.

Colofonia. ana parum. Ponantur super prunas, et cum assellat puer, fumus per posteriora recipiatur.

Saccellatio. Fumigatio. Ad idem ualet, solum Anethum, si torreatur, & saccelletur.

Ad idẽ quoq; ualet fumigatio, facta cum Sarcocolla.

CAPVT. XLVIII.

Tussis Remedia.

Tussis Mellitismus Ecligma. SICVBI Tussis Infantem impetit, Mellitismis utendum est.

Quod si minus iuuerit, Ecligma fiat. Ex Saccharo Penidiato. Et Syrupo Iuiubino. De quo parum lambendum detur mane, & nocte. Nam Tussedinem momento sedat.

Propina-

Propinare ſolent aliqui puerilis obtuſsientibus, uel Lac: uel Stillaticium liquorem, in quo Sacchar Canden uulgo uocitant, ſit eliquatum: Quod ſi exiguum ſucci Glycirrhizæ acceſſerit, continuatæ quoque tuſſi medetur. Lac. Liquor.

Cura in nobili quodam puellulo tuſsiente ultra modum experta à me.

Recipe. Aquæ Fœniculi.q.v. Imponatur fruſtum Mellis Harundinei: Id eſt Sacchari Candi. Potus

Alia Cura competens Octennalibus, nouennalibus, & decennalibus Tuſsientibus.

Recipe. Marrubij, manip. 1. Potus
Hyſſopi. Meliſſæ, ana manip. ſ.
Caricarum, num. 7. Liquiritiæ raſæ, ʒ ij.
Vuarum paſſarum, ℥ 1. Tragacanthi, ʒ i.
Penidiarum. Candi, ana ʒ iij. Omnibus in ciſis, & contuſis, fiat bullitio in Mulſo bono.q.ſ.ad cõſumptionem tertiæ partis, colatum dulcoretur cum ſyrupo Iuiubino, quod ſatis, & fiat potus, tepide ſumẽdus mane, & ſero. Doſis eius puero. ℥ 1. pro uice: Adultioribus. ℥ 4. Interdiu lymphetur iſte potus, cũ aqua fontana pura, & bibatur in modum Iulepi miſti. Edat mane, & ſero Ficus aſſatas.

Si ſedem naturalem non habuerit, quottidie imponatur ei Suppoſitorium. Cibus. Suppoſitoria Lac.

Tuſsi etiam medentur ſequentia Medicamenta.

Detur ad bibendum Lac Canabinum, in quo Sacchar canditum deliquatum ſit. Vel bibat Lac Vaccinũ, in quo Tragacanthum ſit inferuefactum. Vel fiat Zulapium.

Zulapium sequens.

Recipe. Aquæ Fœniculi.

Tussilaginis, ana q.v. Misce, cum syrupo Iuiubino, in debita forma.

Lohoch. Ad idem ualet Lohoch contra Tussim.

Tussi ut plurimum medetur Lac magistrale, multimorbum sequens, & potest bimulo, & trimulo exhiberi sine noxa.

Lac pro Tussi. Recipe. Aquarum Buglossæ.

Borraginis. Acetosæ.

Scabiosæ. ana Quartale 1. s.b.p. Cum quatuor seminibus frigidis maioribus, & minoribus, uidelicet.

Cucurbitæ. Cucumeris. Citruli.

Melonum. Endiuiæ. Scariolæ.

Portulacæ. ana ʒ i. uel ℈ ij. Fiat Lac, in quo dissolue.

Lohoch sani, & experti. ℥ i.

Conseruæ Violarum. Rosarum. ana ʒ iij.

Rob Granatorum musorum. Rob de Ribes.

Oxymellis simplicis, ana ℥.s. Misce, coletur diligenter. Bibat ex eo mane, meridie, & sero haustulum. Interdiu diluatur hæc potio, cum Aqua fontana, & bibat ad lubitum.

Aeque prodest Vnguentum mollitiuum sequens.

Vnguẽtum pro Tussi. Recipe. Adipis Gallinæ.

Anseris. Anatis.

Butyri recentis. ana ʒ iij. Olei Chamomælini.

Lilini. Amygdalini. ana ʒ iij.

Medullæ Vitulinæ, ʒ ij. Cum competenti pondere Ceræ,

Ceræ, fiat ad modum Vnguenti: Quo pectus, latera, & uenter mane, & sero perungatur.

Idem possunt Trochisci pectorales, in Dispensario de scripti. Dosis pro lubitu. Trochisti

Ad idem.

Recipe. Herbarum, & radicum Fœniculi, ana Manip. 1. Decoquantur in Mulso, & tepide bibatur mane, & sero. Potest addi. Succi Liquiritiæ. ʒ i. Potus

Cura contra Tussim, pro nobili sexennali Puella ordinata.

Recipe. Mannæ electæ, ʒ i. b. p. Sacchari Candi. Succi Liquiriciæ, ana ℈. s. Diapenidij. Trochiscorum Pectoralium, ℈ i. Infundantur in Aquis: Cardui Benedicti. Prunellæ. Scabiosæ, ana q. s. Stent infusa per diem naturalem, postea colentur, de quo detur mane, & sero, Cochlear 1. uel plus. Potus in Tussi saluberrimus.

Et interdiu potionetur Aqua fontana, cui guttæ aliquot istius Apobregmatis, seu diluti immisti sint.

Ad Tussim.

Recipe. Prunorum. Tamarindorum. Passularum. Violarum. Liquiriciæ. Ficuum, ana parum. Bulliant omnia in s. q. Aquæ, secundum artem. Coletur, in Colatura, Cuius sint ℥ iij. b. p. Dissoluatur Manna dum adhuc calida est, & iterum coletur, post liquentur in ea non colanda. Potus cõtra Tussim.

Syrupi Borraginati. unc. s.

Mannæ electæ ʒ iij. Casiæ fistulatæ cum Manna. Diacatholiconis.

Electuarij Lenitiui, ana ʒ i. ℈ i. Misce, fiant haustulus, capiat circa mediam noctem: Diuidatur in duos haustus.

Alius Potus contra Tussim.

Potus Aliud. Recipe. Ficuum pinguium, num xv.

Iuiubarum, num. xxx.

Radicum Fœniculi ʒ iij. Succi Liquiritiæ ʒ i.

Sacchari Candi ℈ 4. b. p. Bulliant in Mulso bono, ad consumptionem unius partis. Colaturæ recipe totum. Et adde tantundem Aquæ Polypodij. Bibat mane, & sero haustulum. 1. calide: Interdiu uero cum Aqua fontana lymphatum.

Potus alius Pro Tussi.

Potus Recipe. Lohoch sani & experti ʒ iij.

Dissoluatur in aqua fontana q. s. fiat ad modum Iulepi Addendo Diapenidij, ʒ ij.

Syrupi Iuiubini q. s. pro bono sapore. Bibat quoties sitit de ea.

Alius potus contra Tussim.

Aliud. Recipe. Ficuum pinguium, num. xij.

Iuiubarum num. xx. Decoquantur incisa, in Aqua Borraginis. Buglossæ, ana q. s.

In colatura dissoluantur.

Mannæ electæ, ʒ ij. b. p.

Casiæ pinguis, & bonæ ʒ iij.

Electuarij Lenitiui, ʒ i. s. b. p. Et fiat Potus: Dosis Cochlear. 1. de mane, & superieiunet 2. uel 3. horas

ras, Et detur etiam de nocte Cochlear 1. Et aqua potus illius sit, decoctio Pectoralis infrascripta, cũ aqua fontana diluta. Decoctio pectoralis.

Potus Pectoralis.

Recipe. Tamarindorum.
Ficuum. Dactilorum.
Sebesten. Passularum. Hordei.
Liquiritiæ, ana ʒ i. uel ij. Bulliant in aqua. q.s. secundum artem, Deinde colentur, & in Colatura dissoluantur.
Oxymellis simplicis Mesuei tantum, ut fiat ad modum Zulapij misti. De quo cum Aqua fontana bibat parum pro uice.

CAPVT. XLIX.

Visus, & Oculorum Defectuum Remedia. Visus Oculi

Vnctio.

CLARA Oui agitata, despumata, & in Oculo posita, ardorem, & punctionem Oculorum tollunt. Ardor. Punctio.

Inunctio.

Vitellum Oui coctum, cum aqua Rosarum, uel Oleo Rosarum confectum, & appositum, dolorem sedat. Dolor

Sacculus.

Rosæ positæ in Sacculo, & bene bullitæ, & appositæ Oculo, dolorem, & tumorem tollunt. Dolor Tumor

Lotio.

Folia Betonicæ, & radices Fœniculi, elixentur, & illa aqua Oculi lauentur, siccabuntur lachrymæ. Lachrymæ. Dolor Lachrymæ.

Aqua.

Ardor.
Pruritus
Dolor

Aqua.

Aqua in qua psylium steterit una nocte, apposita interius, uel exterius, statim lachrimas, cum ardore, & pruritu stringit, siccat, & sanat.

Inunctio.

Vitellum Oui confectum cum aqua rosarum, & farina, & lacte mulieris, mitigando repercutit.

Vnctio.

Dolor

Omne lac mitigat dolorem Oculorum, maxime cum Vitello ouorum, & oleo rosato emplastratum.

Vnguentum.

Effusio.

Verbena trita, cum albumine oui, nocte superligata, oculis effusionem tollit.

Emplastrum.

Item faba decorticata, et cõfecta cum Albumine Oui, & emplastrata temporibus, humores fluentes ad oculos retinet, uel masticata.

Humor Oculorum

Linimentum.

Linimẽtum.
Hebetudinis
Visus.

Adipes Piscium fluuialium liquati, cum Oleo, et Melle misti, Oculorum claritati plurimum conferunt.

Illinitio.

Quibus Oculi cæcultant, hijs prodest succum Coronæ regiæ collo apponere.

Collyrium.

Collyrium.
Cæcitas.

Visus obscuritatem emendat, Collyrium factũ ex aqua Violarum purpurearum, & stillatim oculis inditum.

Obscuritas.
Oculi vitia.
Obscuritas.

Haud impotentius contenebrata Infantium lumina lucidat aqua rosacea irrorata.

Collyrium.

Omni præterea Ocularimorbo medetur instillatio aquæ

quæ Consolidæ Regalis, Est enim egregium (in pueris presertim) ὀξυδόκυνον, id est pharmacum ad acuendum Visum. Aequalem in recuperando Visu uim obtinet ὀφθαλμίκα, uulgariter Eufragiæ nomenclatura decantata.

Collyrium ad dolorem Oculorum.

Camphora resoluatur in Aqua Rosacea, & bombax intincta, Oculis cataplasmetur, fiat confectio ex Croco orientali, & uitello Oui, & superponatur sæpe Oculis.

Ad Oculos Cruentos.

Item si ibi esset multum sanguinis collecti, ad modum uitelli Oui, tũc intromitte Collyrium, factum de Rhodosaccare misto lacte mulieris. Possunt addi folia plãtaginis, pro Emplastro.

Cruor. Collyrium. Emplastrũ. Ophtalma. Vnctio.

Contra dolorem Oculorum.

Si fuerit ægritudo ualde fertis, tunc dissoluatur modicum de Opio, in Aqua Rosacea, uel etiam in Aqua fontali, & distilletur per uices in Oculo. Ex hoc enim penitus dolor tollitur, & calor, & repercutitur tumor.

Aliud ad idem.

Dolorem oculi tollit lac muliebre, alborib. Ouorum adiecto Opio temperatum.

CAPVT. L.

Infantium Nimiæ Vigilantiæ Cura.

Vigiliæ immodicæ. Fomentum. Vnctio.

SI Puer Insomnijs grauetur, fiant Fomentationes

nes herbarum gelu ſpirantium. Vt puta.

Maluæ. Solani. Plantaginis, tam Platyphylli, ſeu ſeßilis, quam quæ faſtigiatis emicat folijs.

Et Myracopum Populeon: Et Rhodelæo, uel Violaceo Oleo, ſingulis priuatim, ſeorſimq; ſumptis, uel miſtim coagmentatis, cum ſucco Mandragoræ.

Portulacæ.

Et Lactucæ.

In omnibus hijs intingatur pannus, & fronti applicetur.

Epithema

Item miſceatur Oleum Roſaceum, cum Lacte muliebri: Quo frons epithemetur: hoc enim dulcem conciliat Somnum.

Oxyrhodinum.

Inſomnes Puerulos placide ſopit, Oxirhodynum noctu fronti, temporibusq;, pro qualitatis morbi exigentia, adhibitum.

Somniferũ.

Idem hijs, qui uigorem tranſiluerunt, hoc eſt, adoleuerunt iam, adiectis Papaueris lachrymæ granis aliquot, intempeſtiuas agentes Vigilias, Somnum dulciter inducit.

Emplaſtrũ

Haud minus prodeſt excubantibus nimium pueris Emplaſtrum, factum ex ſemine Papaueris albi, Lacte muliebri, Et Albumine Oui. Circa tempora applicetur.

Potus

Et quidam prebent Pueris pulueres Meconis, cum lacte, ut eo tranquillius dormiant.

CAPVT. LI.
Vomitum Prolicientia, & Coercentia.

Vomitus.

AD Compescendam Infantium Reiectionem, parare solitus sum, Emplastrum de medulla Panis triticei, assati, sed in Aceto prius intincti. Emplastrũ.
Et Vitelli Ouorum assatorum.
Mastyches. Thuris.
Gummi Arabici. Et distemperentur omnia cũ succo Menthæ. Et exiguo Aceto. Quod Emplastrum ponatur super os Stomachi. Et Crusta Panis assi, naribus admoueatur.
Consueui quoq; pueris ordinare Epithema stomachichum, quod mirifice facit in restringendo Vomitu. Canon.
Bulliant in Aceto Rosæ, & Cortex quercinus, in quo Decocto Lana mollis imbibita ponatur super Stomachum, uel umbilicum. Epithema

Aliud ad idem.

Odor Citri, & Pomorum redolentium, mirandum in modum uomitum prohibet. Odoramẽta
Item decoctio Menthæ, cum Aceto, & albore Ouali. prodest uomitioni, ex debilitate uirtutis retẽtiuæ proueniente, si Spongia excepta uentriculo applicetur, idq; in frigida dyscrasia. Epithema
In calida causa ualẽt Flores Nympheæ, cum floribus Liliorum, in Aceto decocti & emplastrati: Sedat etiam dolorem Stomachi. Valentius est Emplastrũ, contextum. Emplastrum

Ex

Ex Mastiche. Bolo Armenio.
Albumine Oui. Aceto. Super Orificium Stomachi positum.

Elixatio. Pro mitigatione doloris Stomachalis utor ego subsequenti Cataplasmate.

Meliloti, dolorem stomachi placat. Melilotum bulliat in Vino. Vel Oxycrate. Cum Mentha. Et Absinthio. Et calidum adhibeatur.

Vomitoriũ. Vnctio. Quod si necessitas urgeat puero uomitiones pro licere, tutissimum est linguam digito prius Irini Vnctuli liquamine delibuto molliter comprimere. Mirum enim dictu, quantam pituitæ uim ea ratione cuomet.

Vomitoriũ. Expeditum etiam, & innoxium Vomitorium censetur, Cyprinum Oleum, irrigatis in eo digiiis, uel pennis, & in gurgulionem, citra tamen læsionem Puerulorum insertis.

CAPVT. LII.

Eminentiæ Vmbilici Remedia.

Eminentia vmbilici. Species Herniæ, & vmbiliciemi nentiæ.

AD Eminentiam umbilici ualet, Emplastrum scripum in Praxi Petri de argilla: Capite de Eminentia umbilici.

Herniæ (de qua supra, tractatum est) & Eminentiæ Vmbilici species, uidelicet.

Zyrbolis, Intestinalis, Ventosa, Humoralis, Embrismalis, Sanguinea, propter Crepaturam uenæ alicuius, uel Arteriæ, ibi sanguinem inuadentis.

Causæ harum passionum, ut plurimum sunt.

Ventositates

Ventositates, Labor, & Clamor magnus, seu uociferatio uehemens, insolita spiritus retentio, ut in pregnantibus, item uagitus, sen ploratus multus, ut in Infantibus, deniq; Saltatio, Luctatio. Causæ.

Regimen.

Cauendum à Leguminibus, & omnibus rebus inflantibus, uentosis, acerbis, & acutis. Vtendum in Esu, Consolida utralibet. Regimen.

Ventris item lenitio fiat sæpius, uel cum Cassia, si ætas permittat, aut alijs leuibus medicinis, de quibus in Adstrictæ Alui Capitulo, nonnihil egimus. Ventris Lenitio.

Cura.

Fascietur prominens nmbilicus, ligamento ad hoc parato, superposito prius eminenti loco, Dropace sequenti, uidelicet. Cura.

Thus. Cum Albugine Oui. Et cum Cotto. Seu Stuppa. Dropax.
Inuoluatur. Ego hijs adijcio plerunq;,
Cicidarum, Acaciæ.
Vel Psylli (quod melius est).
Nec non Aluminis. Anthimonij.
Carabæ. Et psymmiti patrum.

Experimentum paternum.

Parens superioribus Annis, puerum quendam triduo curauit, cum Arnoglossa, & Lentibus elixis, super locum constrictis. Præcedente Fomento Vsneæ, nascentis in arbustis Prunellorum, calefactæ in Vino rubello. cataplasma Fomentatio.

Aliud.

Mentha teratur, cum Albumine Oui, & umbilico super- Emplastrũ.

perponatur, cum petia panni ueteris, & communiatur, & conficiatur cum Vino bono, & emplastretur super umbilicum, cum fascia ligata super ipsam: Et si non iuuatur, impoßibile est, quenquam curari, fiat Cauterio.

Obseruatio. Contineantur Pueri à fletu, clamore, motu, pandiculatione, &c. Resupinatione.

Aduersus flatuositatem, Eminentiam Vmbilici quandoq; causantem.

Cuminum baccæ Lauri. Potus

Ventositatem si qua ibi est, resoluunt, Cuminum, & baccæ Lauri. Scrophularia etiam sola potata, per quatriduum, (de Pueris loquor, quimatum exceden tibus) continuum, cum obseruatione reliquorum, omnem Crepaturam, & internam ad Inflationem deturgescere facit.

CAPVT. LIII.

Verminationis Infantium Remedia.

Verminatio Vermes.

NOXIA uentris Animalia necat, hoc Cataplasma, umbilico, seu loco dolenti, calide superpositum.

Epomphaliõ contra vermes expertũ

Recipe. Succi Absynthij. Pulpæ Colocynthidis. Fellis Taurini. ana q. v. Fac Emplastrum, & superpone Vmbilico, uel loco dolenti, quantum calidius pati poterit.

Cura experta in puero quodam quinquennali Verminante.

Inunctio. Primo ungantur uenter, mane & sero, Oleo de Absynthio. ℥ ij. uel iij.

Secundo

Secundo utendum Suppositorijs ex Melle. *Supositoria.*

Tertio, recipiendum parum, & pro ætatis respectu, de hac Confectione.

Recipe. Sementinæ probatæ ℈ 2. *Confectio in Tabulis, pro vermibus.*

Dyptami albi. Farinæ Lupinorum.

Radicis Filicis. Tormentillæ.

Cornu Cerui usti. ana ℈ i.

Sacchari q.s. Dissoluto Saccharo, in aqua Agrimoniæ, uel Artemisiæ, fiat Confectio in Tabulis.

Quarto adhibendum est sequens medicamentum laxatiuum.

Recipe. Cassiæ fistularis cum Manna. ℥.s. Detur pro duabus uicibus, uel ʒ i. uel ij. uel Castaneæ quantitas, mane, & sero, et superieiunet horas 3. uel 4. sumẽs. Dosis in summa respectu ætatis. *Electuariũ Laxatiuum*

Balanus Laridatus contra uermes paruos.

Paretur Suppositorium silatum ex Lardo ueteri salito, Alias ex Carne salsa, crassa. Et immittatur podici. Est enim id gratum illis (ut Auicenna testatur) Illiciũ. Nam per eam sic inescati, simul extrahuntur. Idq; fiat post horæ spacium, & tamdiu iteretur, usq; quod Anus mundificetur. *Balani pro Lumbricis*

Verminosis pueris etiam multum prodest, sequens Cura.

Primo, edat mane Zedoariam, & diu etiam in Ore contineat, post deglutiat. Post utatur hoc potu ieiunus. *Zedoaria. Potus*

Recipe. Aquarum Rutæ.

Absynthij. Abrotani, ana ℥ i.

Pulueris Dyptami albi ʒ i. Misce, sumat ieiunus, & quandiu potest superieiunet. Vel bibat aquam decoctionis Abrothani, & Dyptami, per hebdomadam, semper in mane haustulum.

Potus alius ad idem.

Decennalibus, & ultra decennium, in Lumbricis, & Vermibus, potest sequens Mistura præberi.

Mistura.

Recipe. Specierum Hyere ℈ 4.
Agarici Trochiscati ʒ i.
Trochiscorum Alhandal.
Trochiscorum de Rhabarbaro, ana ℈ 6.
Pulueris sementinæ probatæ ℈ i. Omnibus contusis optime, cum syrupo Absynthij fiat Mistura. Dosis circa mediam noctem auellanæ quantitas. Oportet ut puer ante sumptionem huius Medicinæ, per mediã diem nihil comederit antea, ut Lumbrici Medicinam eo auidius arripiant. Et post sumptionem huius Medicinæ, super ponatur Suppositoriun, ex solo Melle confectum, absq; Sale intinctum. Vel fingatur Suppositorium, complanatum ex Saccharo Penidiato, intinctum Melle, & imponatur Ano.

Obseruatio.

Suppositoria.

Balani.

Vnguentum contra Vermes.

Vnctio.

Recipe. Gentianæ.
Dyptami. ana ʒ i.
Pulueris Sementinæ probatæ.
Aloes Citrini, ana ʒ i.
Cui adde, Butyri. lotones. num. 4. Omnibus simul pistatis, fiat Vnguentum, de quo ponat super Vmbilicum, & expellet Vermes.

Pro Puero natu grandiusculo, Emplastrum Ompha=

Omphalicon.

Primo superponatur hoc Epithema, quod Lumbricos necat, & secessum proritat.

Epithema.

Recipe. Aloes Succotrini.
Dictami. Gentianæ. Sementinæ.
Seminis portulacæ. Fellis Tauri, ana ʒ i.
Scammonij ℈ i. Omnia cum Butyro incorporentur: Et ex hac Mistura, impleatur Testa nucis, & applicetur Vmbilico, & alligetur. Hoc fiat post mediã noctem, uel de mane. Deinde post horam, uel quando unguen absorptum fuerit, detur hic potus subscriptus.

Apotropeion, idest Amuletum, pro Decennalibus uerminantibus Pueris.

Potus cõtra Vermes.

Recipe. Hyeræ Galeni ʒ i.
Rheubarbarici electissimi ℈ i.
Theriacæ probatæ.
Vel Mythridatis Antidoti ℈ .ſ.
Dissoluatur in uino albo, forti, fiat potus.

Notio.

Potest etiam Rhabarbari loco, Agaricus poni.

Emplastrum contra uermes.

Emplastrũ.

Recipe. Foliorum Persicorum. Vel Porrorum.
Cum Aceto, fiat Emplastrum: Ponatur super Stomacho, & patiens sedeat in loco tepido, si reperiatur, uel in Aqua Mellis, statim fugiunt amaritudinem.

Vnctio.

Vnguẽtum.

Vngatur umbilicus cum Amygdalis amaris & Oleo Nucleorum Persicorum, efficaciter interficit Lumbricos.

Alia Inunctio.

Vnctio. Inungatur Podex intus, & foris, Lacte, & Melle mistis, uel intingatur in hijs bombax, & fiat suppositorium.

Supositoria.

Et statim descendunt Lumbrici, ad locum dulcedinis.

Emplastrũ Canon. Lambitiuũ. Supponatur fructum Penidij, & tinctum in Melle, & lacte, statim descendunt, maxime si fuerint data superius amara.

Si Lumbrici lædant Os stomachi, pone fauum Mellis in ore ieiuno, statim accedunt Mel, et exibunt per Os.

Vnguentum.

Inunctio. Recipe. Succi Menthæ.

Arnoglossæ. Crassulæ.

Semperuiuæ. Foliorum persici.

Aceti fortißimi. Fellis Bouini.

Olei Persicorum. Farinæ Lupinorum.

Seminis Apij, ana q.v. Misce, fiat Vnguentum, unge Vmbilicum in circuitu, & omnes morientur.

CAPVT. LIIII.

Vlcera. Vlcerum Remedia.

ERVMPVNT ut plurimum in corporibus, puerorum, & Infantium ulcuscula, ex noxiorum humorum subcutaneorum exuberantia, progenita. Quorum talis potest esse Cura.

Si ætas patitur, & uirtus constat, ordinetur talis Potio Laxatiua.

Potus laxatiuus. Recipe. Seri Caprini ℥ v.

Infundantur in eo. Myrobalanorũ Citrinorũ, ℥.ſ.

Fumi=

Fumiterræ. Epithymi, ana ℥ i. Dimittantur sic per noctem, postea diligenter manibus confricentur, & colentur. De Colatura sumatur pro cuiuslibet ætatis conuenientia.

Fit ad idem non inconueniens Potio, ex Absynthio. Fumoterræ. Passulis enucleatis. Myrobalanis Citrinis. Et huiusmodi sanguinem purificantibus. *Potus ad idem.*

Eadem ulcera, si dura sint, & maturatu difficilia, huiusmodi lauacro molliantur.

Recipe. Violariæ. Maluæ utriusq;. Camomillæ. Brancæ Vrsinæ. Barbæ Hyrcinæ. Vngulæ Caballinæ. Extremitatum Rubi. Florum Carthami. Foliorum, & radicum Lapacij. ana. manip. s. uel. i. Fiat Decoctio, in Aqua fontana, uel fluuiali, pro Balneo Tinæ. *Lauacrum.*

A Balneo superponatur hoc Emplastrum.

Recipe. Rutæ uiridis, si potest haberi. manip. i. Idq; in ulceribus simplicibus. Sed si putrefactiones humidæ adsint, sylueſtris Rutæ tantundem. Misceatur cum pane, uel farina hordeacea, uel frumentacea, & modico melle, fiat Emplastrum. Quibus apertis, & sanie fluere desinente, sorditieq; omni amota, et perpurgata, cum puluisculo radicis Iridis, uel Asphodeli, fiat consolidatio, uel cum appositione Cineris papyri combusti, seu Chartæ concrematæ cum Oxycrato distemperata. *Emplastrũ* *Puluis.* *Liniment̃um.*

Vnctiones. Vel cum Vnguento Aureo Mesuei, uel Citrino communi, uel cum Emplastro Gratia Dei dicto, uel cum Vnguine superius in Capite de Scabie commemorato.

Vnguentum paternum curans, & sanans omnia Infantium, Puerorum, & Adultorum ulcera.

Vnctio. Recipe. Olui puri Veteris. lib. 1.
Lythargiri. quartam. 1.
Ceræ nouæ Citrinæ. quartam. 1. s.
Boli Armeniaci. ℥. 4. uel. 5.
Consolidæ maioris, tantundem.
Tragacanthi electi. ℥. 1.
Ex hijs in Aceto decoctis, fiat Vnguentum, uel Emplastrum artificialiter.

Aliud nobile Vnguentum, quo etiam peculiariter utitur parens meus, in omnibus extimis malis: Quod nõ admittit saniem, neque dolorem,

Vnguẽtum Recipe. Ceræ Virgineæ. ℥. 3.
Colofoniæ. Mumiæ. ana. ℥. 1. s.
Mastyches. Olibani.
Myrrhæ. ana. ℥. 1. Rhesinæ.
Picis nigræ. ana. unc. s.
Coralliorum alborum. ʒ. ij.
Magnetis. drach. s.
Camphoræ.
Pinguedinis Aschiæ. ana unc. 1. s.
Fiat Vnguentum arte.
Potest addi modicum Styracis liquidæ, & Olei Rosacei, si lubet.

CAPVT. LV.
Variolarum, & Morbillorum Remedia.

Variolæ. Morbilli.

VARIOLAE *sunt Pustulæ multæ, in toto corpore dispersæ.* Variolæ quid?

Causa.

Causa.

Causa Variolarum est quandoq; immundicia sanguinis menstrui, quo Embrio fuit nutritus, Vel quia fœtus fuit conceptus tempore Menstruorum.
Item quandoq; Variolæ sunt Phlegmaticæ. Quandoque Sanguineæ. Quandoq; Cholericæ. Quandoq; Melancholicæ.

Signa.

Signa

Signa Variolarum Sanguinearum sunt, Pustularum rubedo, & aliquanta latitudo.
Sed si sunt Variolæ Cholericæ, tunc sunt minoris quãtitatis, & acutæ, & earum color declinat ad Citrinitatem.
Si sunt Phlegmaticæ, sunt latæ, & albæ.
Si Melancholicæ, tunc sunt aliquantulum nigræ.

Pronosticatio.

Auerrhois.

Secundum Auerrhoim, nullus homo euadit Variolas.
Item Variolæ Sanguineæ magis sunt salubres.
Item quanto uelocius erumpunt, & maturantur, tanto citius sanantur.
Item quãto rariores, seu pauciores, tãto securiores.

Cura

Cura. Aluus ducatur.

Fiat purgatio cum leuibus Medicinis, utpote cum Ca-

ſia fiſtulari, Prunis, Tamarindis, Violis, Suppoſitorijs etiam, non cum fortibus a medicinis: Quia ut plurimũ ſequitur iſtum morbum Dyſenteria.

Diæta.

Dieta. Et debet eſſe eorum Diæta frigida, ſicut eſt.

Hordeatum. Auenatum.

Lac Amygdalarum. Lẽtes coctæ in Aquis duabus, quibus proiectis, coquantur in tertia, demum feſtinandum eſt ad extrahendum Variolas.

Recipe. Ficus ſiccas.

Decoctum. Et Farinam Lentium mundatarum, ana ʒ x.

Croci. Tragacanthi, ana ʒ ij. Coquantur in quinq; libris, cum dimidiata Aquæ ſalientis, uſq; ad excoctionem. 1. libræ: Reſiduum coletur, detur ad bibendum ante dormitionem, tam diu, donec omnes eruperint.

Aliud Decoctum ad idem.

Apozema. Recipe. Ficuum. unc. 1. ſ.

Lentium excorticatarum, unc. 3.

Tragacanthi. Seminis Fœniculi. ana unc. 2.

Croci ʒ ij. In alijs Codicibus legitur, unc. 1. ſed perperam ut arbitror. Bulliant in binis libris Aquæ, uſq; ad conſumptionem dimidij, & coletur. Propinetur mane, & ueſpere hauſtus.

Alia medicina Variolas extrahens.

Aliud. Liquor. Recipe. Succi Marathri.

Apij, ana q.v. Tepefiant illi ſucci ſimul, & intingatur pannus lineus in eis, & inuoluatur totum Corpus. Sic enim cito trahetur materia ad exteriora.

Aeq;

Aequè conducit totum Corpus inuoluere in Aqua de coctionis Lentium. Nam hoc pacto, permaturæ etiam expelluntur Variolæ. Sed enim Variolæ quandoq; inuadunt Oculos, præseruandi sunt frequenti instillatione, & embrocha aquæ rosaceæ, & lactis muliebris. Liquor. Embrocatio

Ad idem quoq; ualet egregie Collyrium, ex succo Verbenæ, cum albumine Oui confectum, & oculis guttatim irroratum. Collyrium.

Item si manserit ibi aliqua macula, crebriter immittatur Candi Puluerizatum. Puluis.

Et ad præseruandum Nares, unge eas, subinde, cum Aceto, uel cum Aqua Rosacea. Inunctio.

Item ad præseruandum Pulmonem, utatur syrupis, uidelicet. Syrupi.

Papauerino. Oxalydito.
Rosaceo. Puniceo.
Violaceo. De fructibus Rubi Idæi.
Nenupharino. Et hijs similibus.

Item facta maturatione, & apertis Variolis, fiat Curatio ulcusculorum illorum, cum. Puluis.

Lythargiro. Cerussa. Et cum carie Lignorum.

Item ad faciendum Cicatrices pulchras, fiat Inunctio cum unguento Cerussato. Vnctio.

Præcauendum deniq; sedulo, ne uel infans, uel puer, hijsce pilulis inclinatus, faciem manu contrectet, nam quotquot postulas fricando ruperit, tot concauitates, & maculæ, uel tuberositates suboriuntur. Quandoquidem à me sæpius animaduersum est, infantes, & Obseruatio. Canon.

pueros

pueros, antequam Variolæ, & morbilli appareant, pessimis, & ancipitibus symptomatibus infestari. Libet hic, quo magis parentes huiusce adfectionis præsagium prædiuinare possint, signa præcedentia hic inserere. Sunt autem ea, dolor Capitis in initio, non sine febricula, rubor, & tumor faciei, Turbulentia Oculorum, cum lachrymis, grauitas capitis, & totius corporis, tremor manuum, sternutatio, oscitantia, syncopis, pectoris asperitas, panicus, & timor in somno, raucedo Vocis, punctio in Thorace, præcordijs, & Hypochondrijs, non secus ac si acus ibidem essent infixæ.

Signa

Cum uero Variolæ, seu Morbilli sese iam exerunt, Aer calefaciendus erit, et infirmus cum pannis calidis, (et si fieri posset Scarlateis, siue purpureis) coopertus maneat. Et eorum expulsio iuuetur eiusmodi Apozemate.

Canon.

Obseruatio.

Apozima.

Recipe. Ficuum. Passularum.
Lentium excorticatarum.
Dactylorum. ana q. v.
Coquantur in Aqua, et colentur, & ex ea multotiens sumatur in die: Et si febris non plurimum molestat, addatur ex Semine Fœniculi, & lactucæ, ana q. v. cum alijs.

Variolas exiccantia.

Cum autem omnes egressi sunt, & maturi, tunc exiccentur, & iuuat in decoctione eorum, Aqua salsa, cũ ipsa lauentur, & superadspersio pulueris Rizi, aut cum radice Cannæ, aut cum farina Milij. Quæ exiccant uelociter, quando conficiuntur cum aqua Rosarum,

Cura.

rum, & liniuntur, aqua decoctionis ficuum, & salis, Furfuris, & Rizi ualent.

Cum autem sicci sunt, et cortex factus est, tunc sæpius in die ungantur cortices cum Oleo tepido, cum Cotto, donec omnes Cortices cadant. Vnctio.

Quod si ex principio morbilli uel Variolæ, appareãt nigræ, uel uirides, uel liuidæ, & duræ, abstinendum ab hijs, quia mortales sunt. Prognostica tio

CAPVT. LVI.
De Vrinandi Nimietate, & Defectu. Et Primo de Diabete.

DIABETICA passio, est nimius, & inuoluatarius Lotij effluxus. Diabetes quid?

Causa eius est, excessiuus Calor Renum, impotentius attrahens aquositatem sanguinis. Causa.

Signa sunt.

Immoderatus, et innaturalis fluor urinæ, imò, quicquid bibitur, cito exit, ita crudum, estq; frequenter urina alba, & clara, propter eius cruditatem, & indigestionem. Signa.

Pronosticon.

Iste morbus inducit maciem uehementem, et nisi tempestiue succurratur, timendum est de Hydropisi, et morte. Prognostica tio.

Cura.

Lac paratum ex Auellanis recentibus contusis, cum Aqua urinalis Herbæ confectum, Diabeticis omnibus mire prrdest. Cura. Lac.

Laudatur à Galeno, Aqua hordei, potui data. Galenus.

Et

Et Rob Fructuum.

Simplicia. Inter simplicia uitis extremitates.

Mala Cidonia. Punica.

Comæ Salicum. Portulacæ.

Virgæ Pastoris. Semperuiui.

Singulatim, uel mistim, tam per modum Apozematis, quàm Fomentationis, uel lauacri usurpata.

Emplastrum ad idem.

Emplastrũ. Recipe farinæ Hordeaceæ, unc. 3.

Infundantur in Oleo Rosaceo. q.s.

Addi possũt. Et modico Aceti. Possunt etiam addi.

Semina Portulacæ. Rasura Cucurbitæ.

Et Solatrum. Adiectis Seminibus frigorificis, tam minoribus, quam maioribus, mundatis, à suis Corticulis, et fiat Emplastrum arte.

Vnguentum ad idem.

Vnctio. Recipe. Ceræ. Thuris.

Mastyches, ana ʒ i. Olei Rosacei q.s.

Misceantur pro linimento, et fiat inunctio.

Inunctio. Vel Recipe. Olei Cidoniorum, unc. 1. s.

Calami Aromatici.

Nucum Cypressi, ana ʒ. s.

Trochiscorum de Terra Sigillata.

Trochiscorum de Spodio.

de Karabe, omnium ℈ 4.

Aceti Rosacei, ʒ i.

Ceræ albæ, ʒ ij. Fiat unguentum molle, et lauetur cum Aqua sublimationis Arnoglossæ, decoctionis Antheræ, et Sumachij.

De

De Stranguria, & Dysuria.

Stranguria. Dysuria.

INFANTIVM urinam prouocat, Radix Meu trita pectini eorum superponitur.

cataplasma

Aqua Destillationis Centinodiæ, cũ radicibus, sublimatæ. Aqua itẽ Hipposelini, Apij, et Chamelæõtis albæ. Necnon Trifolij in paucißima quantitate propinatæ, in ciendo lotio permultum sunt efficaces.

Aquæ destillatæ.

Expertus quoq; sum in ægro, & proprie in Infantibus parietariam, si frixetur, præpotentem esse in prouocatione urinæ.

Emplastrũ

Expertus etiam sum, Destillationem Philipendulæ radicis, modice potui datam, summam habere urinæ prouocandæ uim.

Potus.

Experientia deniq; certa didici, ad idem efficaciter ualere, si sumatur Cucurbitæ, quæ est antiqua in retinẽdo Oleum, & calefiat aqua feruenti, ita, quod aqua nõ ponatur in ea calida, per os ipsius Infantis, ponat uirgam: Et calorem retineat.

Datur aliquando in Potu, aqua decoctionis Acori, quæ mire urinam prouocat.

Item fiat Emplastrum de Axungia Gallinacea.

Emplastrũ

Anserina.

Cyrogrillina.

Lithospermate.

Saxiphraga.

Et Sanguine Hirci præparato.

Præterea Centum capita cocta, in Oleo Chamomælino, & emplastrata calidiuscule, Stranguriam, & Dysuriam

Emplastrũ ad idem.

ſuriam ſine dubio ſolui.

Potus *Pueris, & Ephebis, prodeſt uinum decoctionis Iringorum, cum Saccharo potui datum. Lotium enim potentißime agit.*

Elixatura *Similiter operatur Decoctum Senationum, cum carnibus Caſtratinis elixatorum.*

Potus *Nec minus ad hoc potens eſt, Aqua decoctionis Ciceru̅, mane, & ſero, pro ætatis congruentia propinata.*

ΤΕΛΟΣ.

DEO GLORIA.

ENCO=

ENCOMIASTICI GENERIS BREVICVLA

Concio, versans in saluberrimæ artis Medicæ, necnon celeberrimi Gymnasii Professorum in omni scientiarum genere excellentissimorum laudatione,

Ingolstadij 11. Augusti publice habita per D. Georgium Khufnerum iuniorem.

VRAS me equidem partes subijsse mihi uiderer, Illustriß. Principes, Magnifice Rector, Generosi Comites, Barones inclyti, Doctores in omnifaria professione famigeratißimi, & ornatißimi, necnon Venerabiles Magistri, multijuga eruditione clari, uos deniq; titulo quocunq; decori, ingenui, ac studiosi Musarum alumni, quod uidelicet ego, nulla penè linguæ gratia, nec oris ubertate præditus, & quod lõge grauius est, pubertatem uixdum supergressus Tyro, in tanta celebritate, tantoq; præstantißimorum, ac disertißimorum uirorum globo, (ut sic dicam) sermones ausus sim ædere, ni certo præsagiret animus, uos pro uestra modestia, natiua mansuetudine, et affabi=

affabilitate, susceptioneris mei urgentem necessitatē potius, quàm inculti sermunculi mei stylum obseruaturos. Hoc uno fretus metui parcam, & ὁπωσοῦν rumpam silentium, obnixe uos orans, ne demißis auribus, nec abducta fronte, sermocinaturo mihi pro uestra incredibili humanitate præstetis audiētiam, quin & gratiam faciatis homini Amusotero, haud secus ac Anseri inter Olores obstrepenti. Quo circa ne tædiū Auditorio inferam, breuiloquus exordiar.

Primo, licet permulti antehac, & exquisite de præcellentia, & laudibus Medicinæ disseruerint, ac prædicarint, ita, ut nihil ferè subsecuturis Encomiastis reliquum fecerint, nihilominus adnitar, hāc ipsam cœlestem Artem, si non digne, merenterq;, tamen crassiore Minerua, ac uelut Corydalus inter Luscinias stridens, mea quantumlibet exigua prædicatione celebrare, dum ad astra ferre non sit opis meæ, eam ex in numeris quibus commendari potest, quam succinctissime condecoratus, ab honesto scilicet necessario, & utili.

Principio, quid hoc ipso Medicationis studio honestius, quid decentius, ac laudabilibus? Quod uel omni potens ipse Deus, in sacris literis tantopere cohonestauit, confirmauit, extulitq;, per Ecclesiasticum Gnomologicum illum Sophon præcipiens: Ne defraudes honore Medicum: propter necessitatem etenim illum creauit altißimus: A Deo est omnis medela, & à Rege accipiet Donationem: Disciplina Medici exaltabit Caput illius, & in conspectu Maximatum collaudabitur.

Eccle. 38.

dabitur. Altißimus creauit de terra Medicinam, et Vir prudẽs non abhorrebit illam. Vult idem Solomõ, ut locus detur Medico subiungens causam: Etenim (inquit) illum Dominus condidit & non discedat abs te, quia opera eius sunt necessaria, Est enim tempus, quando in manus illorum incurras. Iußit item Dominus in Exodo, Medicis stipem meritam adnumerari debere cum ait. Si qui compugnauerint, uel mutuis ictibus sese contuderint, & alter proximo damnum intulerit, tamen citra uitæ discrimen, percussor eatenus sit immunis, quatenus operas eius, & impensas in medicos restituet. Nec reprobat Dominus, ac seruator noster, IESVS CHRISTVS, Medicorum conditionem, imò statuminat magis in Euangelio, cum inquit. Non egent qui sani sunt Medico, sed qui morbis grauantur. Hanc Diuus Paulus tanti pendit, ut ipsam inter diuina χαρίσματα recensuerit: Vnicuique (inquiens) datur manifestatio spiritus, ad utilitatem. Alij quidem per spiritum suppeditatur sermo sapientiæ, Alij gratia sanitatum: Et iterum. Et quosdam quidẽ posuit DEVS in Ecclesia: primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, agentes diuinæ uoluntatis Præcones ad populum, Deinde uirtutes, exinde gratias curationum. Hoc donum non Apostoli solum largiti sunt inter homines, quin & CHRISTVS ipse Protomedicus, & unicus mortalium Soter, uniuersis in discriminatim impertijt. Id quod expresse sacra tradunt uolumina. Exempla breuiter oculis subijciam: CHRISTVS IESVS,

Idem.
Gen. 20.
Exod. 21.
Matth. 9.
Mar. 2. & 5
Luc. 5.
Rom. 12
1. Cor. 12.
Eph. 4.
1. Cor. 12. quasi in fine

in terris peregrinatus, ſpirituali plerunq; medicina, hoc eſt, diuini uerbi efficatia, animæ languenti remediatus eſt, Nonnunquam etiam adhibito Topico corporalem ægrotantibus ſalutem præſtitit. Teſtantur hoc Euangeliographi, qui geſta illius prodidere ſcripto. Nonne lumine caſſum à natiuitate, lutulento, & puliginoſo Collyrio ſaliuauit. Nunquid non complures Alipſi, hoc eſt, Oculari Illinitione, oculis orbi, non uerbo ſolum, ſed eodem modo, pharmaci uice eſſe potuit, uiſum receperunt? Nonne Lõginus Decuriæ, ſalutari ſcaturie tranſuerberati ſacerrimi CHRISTI lateris promanante, & luminibus irrorante, obtutũ recuperauit? Nonne Dominus IESVS CHRISTVS Chyrurgicem exercuit, cum abſciſſam Malcho auriculam tactu rurſus adglutinauit? Item cum ſemineci homini, a Viarum obſeſſoribus uita fere ſpoliato, de Hieruſalem deſcendenti Hiericum, ſaucio iuſſerat infundi, & irrorari Oenelæon? Proditum quoque literis eſt, Dominum conuocatis Diſcipulis, et ad erudiendum populum ad pietatem amittendis copiam feciſſe ſanandi infirmos, quod quidem imperatum illi probe fecerunt. Legimus .n. Diuum Paulum, Eutychum adoleſcentem ſopore oppreſſum, ſe concionante, & ex ædito loco præcipitatum, Vitæ reſtituiſſe. Eundem etiam Lyſtris reduco, & ex utero matris ſuæ claudo, ad recte gradiendum, expediteq; ambulandum, adminiculo fuiſſe. Præterea impoſita manu Publij patrem febribus, et Dyſenteria uexatum ſanaſſe. Hãc item ſanandi prouinciam ſuſcepit Diuus Petrus.

Mat. 20. de 2. cæcis illuminatis Iericho.
Math. 27.
Marc. 15.
Luc. 23.
Ioh. 18.
Luc. 10
Act. 3.
Act. 9.
Act. 20. 26
Tabitha.

cum

cum Aeneam Paralyticum octennem illum CHRI=
STI IESV nomine sospitauit. Idem maius mira
culum ædidit in Tabitha, quam ipse ab emerita uitare
suscitauit. Constat & inter primæuos, Esaiam Euan
gelicum Vatem illum, instinctu prophetico percitum,
egisse Medicum, dum adhibito Ficulneo Cataplasmate
sanaret saucium. Aut ulcere laborante Eszechiam. Esa. 38.
Liquet etiam Angeli Raphaelis ductu, et consilio, To
biam à Dæmoniacis tendiculis, & incursione, libera=
tum esse: Percontanti nanq; Tobiæ, quo pacto Dæ=
monium abigere posset, respondit Angelus: Exente= Tob. 6.
ra hunc Piscem, Labracem aliqui fuisse autumant, &
Cor eius, & fel, & iecur repone tibi: Sunt enim hæc
necessaria, ad medicamenta utiliter. Rursum inter=
rogante Tobia, ad quid hæc reseruata conducerent,
Cordis (inquit) eius particulam, si super Carbones
ponas, fumus eius extricat omne genus Lemurum,
seu malorum geniorum, siue à uiro, siue à muliere,
ita, ut ultra non accedat ad eos. Et fel ualet ad un=
gendos Oculos, in quibus fuerit Albugo, & sanabun=
tur. Ipsa autem nocte incenso iecinore piscis, fugabi
tur Demoniũ. Sic Moses diuinitus admonitus, reme=
dium adinuenit, aduersus ignitorum serpentium mor
sus, nempe cum Aeneum Anguem directum in propa= Num. 21.
tulo poneret, ex cuius aspectu Venenati redderentur
immunes ab internetione. Sic etiam Thau, Signaculũ
fuit pestilentiosis, à mortifero contagio, haud secus, ac
sumpto Bezoartico Alexicaco liberandis. CHRI=
STVS deniq; inter alia signa, quæ in se credituros EZech. 9.

Mar. 16. *ſubſecutura forent, χειροθεσιαμ quoq; recenſuit. Super ægros (inquiens) manus imponent, & bene habebunt. Hanc noluit negligi Paulus in Timotheo: Nec*

1. Tim. 4. *etiam temere, & præcipitanter fieri in quouis. Teſtatur idem Paulus. Lucam quoq; ueracem Actorum* CHRISTI *Conſcriptorem, medendi artem calluiſſe, & aliquando tractaſſe. Extant & alia complura ſacrarum ſcripturarum teſtificantia Elogia, nõ Apoſtolos duntaxat, imo multeſimam partem Diuorum, et optatorum Dei, (ut ex illorum Actis, & Martyrologijs manifeſte deprehendi poteſt) morbida paſſim curaſſe Corpora. Adeoq; miraculoſa Sanatione ſua, nõ nimium ornamenti Medicæ facultati peperiſſe. Porro quum* DEVS *ipſe, quo nemo ſuperior, tali honore Medicinam dignatus, & quodammodo ſacrauit, quis (obſecro) tam ueſanæ mentis ſit, quis Nympholetus adeo, Vacerraq;, qui non æternũ laudis illius præconium, admirabũdus undiq; decantet, ac buccinetur? Siquidem ea ipſa diuinitus nobis data, Sanitatem tuetur, eandem noſtrapte culpa per luxum Sybariticum à ſymmetria digreſſam, ac diuaricatam reſtituit. Imo uitam hominis (qua nihil optatius, chariuſue in terris eſſe poteſt) ad conſtitutum uſq; terminum protelat. Hæc (inquam) diuina ſcientia, Medicamentaria uidelicet, eos, qui cum morbis conflictati, iam animum deſpõderunt, & omni prorſus ſpe exciderunt, refocillat. Hæc etiam moribundos perſæpe uindicat ab interitu: Hæc adfectiones quaslibet aufert, Cruciatus lenit, mœrores etiamnum inconſolabiles placat, omnia deniq;*

corporis

corporis incommoda, quæ nos hinc, atque illinc exa=
gitant, amolitur. Haud igitur immerito Medicina pri
mas, inter cœteras Artes sortitur. Quam uero ne=
cessarius sit pharmacorum usus, norunt inualidi, &
quibus aliquando cum Medicis res fuit, aut qui pro=
fligata quondam ualetudine consternati, Medicam ex
adhibita diligenti Curatione senserunt opem: Inde li=
quido constat, quam secura sit Iatria ipsa, aduersus
etiam contumaces ægrotationes tuitio, portus, et re
fugium, addam etiam solatium. Hæc tam sunt euiden=
tia, ut nullam recipiant tergiuersationem. Quisnam
igitur (nisi uecors, & blax omnino) Aesculapicum
dogma, non reliquis scientijs anteferendum fatebi=
tur? Huicq; non primas tribuet? Quum singularum
aliarum facultatum Cultores, ope illius indigni sint,
illiusq; adminiculis uelint nolint niti cogantur. Non=
ne (ut rem in arctum cogam) omnes aliæ artes, o=
mnis potestas, quantucunque sublimis, illius seruitio
subiacet? Nonne quisq; suæ saluti diffisus, opem me=
dicam quæritat? Cumq; iam omni salute desperat, ad
communes mortalium necessarios recurrit? Huc (in
quam) enim negari non potest, ἄρχων, id est, sum=
mus Magistratus uterq;, si quando inualetudo obre=
pit, uelut ad sacram ancoram confugit. Huc Reges,
Principes, Dynastæ, Nobiles, superiores pariter &
inferiores, satis adacti sese recipiunt. Ad hoc Asylũ,
omnes liberalium doctrinarum insigniti, si grauior
morbus increuerit, solent appellere: Medicorum tã
dem opitulantem prece, simul & pretio exambien=

tes. Summa, tanta ueneratione, collaudatione, & applausu digna est Medicinalis Sophia, ut nõ iniuria uersiculus ille in eam quadret.

Arte Machaonia, nil prius Orbis habet.

Postremo quæ commoditas, quis fructus, quodue emolumentum hæc ferat, licet omnibus in professo sit, tamen Ciceroni peculiariter: Qui Sulpicio scribẽs, his uerbis commendat Medicum quendam, Asclapione (inquiens) Patrensi Medico utor familiariter, eiusq; tum consuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars, quam ipse sum expertus in Valetudine meorum: in qua tum mihi ipsa scientia, tum etiam fidelitate beniuolentiaq; satisfecit. Excresceret fortasse longius Oratio nostra, si Medicam hanc artem, quã pro dignitate, ne laudare quidem quisquam satis commode posset, altius attollerem. Proin satis nunc sit, pro ingenij mei hebetis tenuitate, ex multis, & penè infinitis hæc obiter percensuisse.

Restat ut reliquum propositi mei compendiose, quo ad fieri potest expediam. Etsi non ignoro Patres Amplissimi, Florentissimam hanc Academiam, (in qua mediocriter me profecisse non inficias eo) magnificis laudibus esse prosequendam, ego uero nõ spero me naturali facundia purem illius laudi fore. Nihilominus ad ingenij uires periclitandas, conabor esse, si non idoneus, saltem beneuolus acclamator, atq; utinam liceret etiam laudator. Neq; enim quisquam est tam auersus à Musis, qui non sacerrimum omnis honestatis, doctrinæ, & pietatis contubernium hoc,

dignis

dignis euehat Encomijs. Sed in tam spacioso laudum campo, unde initium sumam, quæ quibus ante feram nescio. Ne autem longis ambagibus aures uestras detineam, perexili Lituo Classicum canam. Magna Minerua dignatio Athenis olim erat, sed maior studiorum cultus hic uiget, in tantum, ut cum Cicerone Romani eloquij authore primario, uidere mihi uidear hanc urbem, Lucem Orbis terrarum, atq; Arcem gẽtium, utpote, quæ inclytis ingenijs merito sit inclyta. Vbi tantus est omnimodæ professionis literatissimorũ uirorum prouentus: Vbi etiam Musæ ipsæ bonis præsident studijs: Vbi deniq; Delius, & Pallas, unà cum magno Tespiadum comitatu, perpetuum fixerunt tentorium, sedemq; sibi delegerunt impermutabilẽ: Suos quælibet habens subsortitos Antistites, qui uices earũ susceperunt, Sophiæ dona Studiosis ministrando.

Ingolstadienses Professores Musarũ Vicarij.

Nonne Euterpe, concentus, suauitas, siue Tibicinaria latine nomenclata, Theologicæ doctrinæ mistis suum demandauit ministerium, in celeberrimum sacræ Theologiæ Doctorem Leonardum Marstallerum, Gymnasii huius almi uicecancellarium dignissimum constituendo?

Euterpe.

Ecquid Clio, quod gloriam, uel celebritatem sonat Doctori Ioanni Agricolæ Hammonio, & Ioanni Veldtmillero, qui primas in optimis Studijs, celebritatem sibi suo quodam iure uendicarint. & ob egregia monimenta ædita doctrinamq; incõparabilem, per omniũ ora uulgati sunt, in docendo Physicen, Medicinam, & Philosophiam, suas commisit partes?

Clio.

Thalia. Nonne Thalia, hoc est uiriditas, corona, festiuitas, læticia, Iuris prudentiæ Professores optimos, celeberrimosq;, Magnificum Rectorem, Doctorẽ Euuerhardum, & Doctorem Hungerum sublegauit?

Vrania. Nunquid Vrania, quasi dicas cœlestis, Mathematices, Astrologiæq; professores (inter quos ptincipatũ obtinet Apianus) uicarios adsciuit?

Calliope. Num non Calliope, id est bona uox, Tatium insignem Poetam, tam uersu, quam prosa celebrem, sibi subrogauit? Vt uidelicet in hoc diuino Musæo Poesin, Oratoriam, Retoricen, Hystoriographiam, humaniores deniq; Literas publice profiteretur.

Polyhimnia Nonne Polyhimnia multitudo Hymnorum interpretanda, totum Magisterio liberalium Artium decoratorum Agmen, in suum suffecit locum?

Melpomene. Nonne Melpomene, Cantum significans, Græcæ literaturæ Prælectoribus, Lorichio uidelicet, & alijs suas delegauit uices?

Terpsichore. Ecquid Terpsichore, choreis exultans, quæ & Citharistria dici potest promiscuos aliarum disciplinarum professores, Grammaticos, Arithmeticos, Geometras, priuatosq; Pædotribes substituit?

Erato. Nunquid Erato ab amore dicta, Musices sibi præfecit Cultores?

Mnemosyne An non Mnemosyne, id est Memoria, mater Musarum, prædictis omnibus natarum suarum successoribus, in Authorum quorumlibet, interpretatione, disciplinarum omnifariarum traditione, ingeniorum denique formatione, & in gerenda erudiendis admonitio-

ne

ne auxiliatrix adest promptissima?

In medio residens compectitur omnia Phœbus.

Quo sit igitur aliò concedendum, bonarum literarum studio inaugurandis, equidem non uideo? Præsertim cum sit hic cuiusuis disciplinæ promus largissimus, adeoq; fons, (ut uerius dicam) Oceanus omnigenæ literaturæ. Huc huc adproperet ætas Puerilis, huc cito gradu comeent Adolescentes, huc acceleret omnis iuuentæ flos, ad hunc studendi locum arripiant cursum omnis ætatis homines.

Si puer es Elementarius, (ut ab infimis ordiar) priuatos accede Gymnastes, quos affatim alit Schola hæc Panathenacia, plane rei Literariæ peritissimos, quorum eruditione diligenter hausta, dubio procul una ætatis incremento, ad sublimiorem assurges gradum. Priuati Gymnastes.

Si quē discendæ Latinitatis desyderium tenet, Consummatissimi Palladis Præsulis, eloquij Lautialis nitore conspicui, Tatij uidelicet Lectorum frequenter celebret. Hunc illius doctrina, non solum disertum, sed & uere Latinum potest reddere. Est enim quod exploratum habemus, egregius alegantiæ magister, uates insignis, Orator haud hercle ignobilis, Rhetor itē mira sermonis festiuitate præditus. Tatius.

Auet aliquis se applicare ad Theologiæ studium, adsunt diuinæ scripturæ interpretes perspicissimi, Doctor Marstallerus nempe, cum Collega, qui sacrorum Voluminum, & Christianæ Philosophiæ misteria, ad liquidum explicant, Viri digni profecto, quos Orthodoxorum, Zionicorum Centuriæ suis dignentur sedi- D. Marstallerus.

bus

bus, hij poterunt impios ad uiam Domini componere, & abdita Theologorum suis Auditoribus propalare.

D. Ioan. Agricola. D. Ioan. Veldtmillerus.

Expetis esse Medicus, uel Physicus, Ioannis Agricolæ, & Ioannis Veldtmilleri, Dominorum, & Præceptorum meorum colendißimorum sis auditor, qui in utrauis arte nulla inferiores sunt: Sunt enim illi, præter artis Medicæ, aliorumq; liberaliũ dogmatum perfectam noticiam pulchre eruditi.

D. Fabius. D. Euerhardus. D. Hũgerus Apianus.

Qui uero ad Forenses actiones se conferre desiderat, Iuris utriusq; consultißimos, Dominum Gymnasiarcham nostrum, cum reliquo Collegio audiat, & indubitanter uoti compos reddetur.

Adfectas profiteri Astronomiam, disciplinasq; Mathematicas, sub Apiano mœreri te non pigeat: Est enim in hijs ueteranus miles, qui suos Palestritas optime scit imbuere.

Si quis Disputatoria, seu Arte disserendi capitur, Dialecticos Doctores, tam priuatos quam publicos consutat, & satisfiet sine dubio.

Musici.

Si Musices studium amplecti fert animus, Lectiones Musicorum, quos Φωνασκοὺς Græci, quasi uocis præceptores, qui uocem regant, exerceant, et doceãt, nomẽclare solent, studiosis frequentare licebit.

Excellentia Ingolstadiẽsis Academiæ in omnibus scientijs

Quid multis? Floret hoc publicum, ac celeberrimum Studium, clarißimis literariarum omnium facultatum Professoribus, per omnem Coronarum distributiones Ordines, suas Laureas adeptis, quibus ut utamini Magistris, illorumq; sermoni intente inhietis,

uos

uos feruenti ſtudio uerſantes in Literis, peramice mo
neo. Præcipue tamen omnes hortor ad nunquam ſa=
tis laudandum Hippocraticum dogma. Ad quid au=
tem hoc ualeat ſubſcriptum declarabit Metrum.

Aut Rhazen, Galenum, Hippocratem lege.
Qui poſſunt loculos tendere, qui dabunt,
Oſtro quo niteas, diuitijs quoq;,
Conſors legittimi bellula quo thori
Ducetur tibi, quæ prole beet patrem,
Et longæua domus ſtet, tua Nomina
Det factis reuirere alta perennibus.

Verſiculi Medicinæ laudatiue.

Cogit me temporis anguſtia, iam finem facere ue=
ſtri adhortandi Adoleſcentes, honeſtorum ſtudiorum
amantiſſimi: Sed quid hoc grauor? Cum uoſmet (ſic
exiſtimo) Præceptorum ueſtrorum audientes dicto,
uel abſq; alieno monitore exequimini liberalium Iu=
uenum officia.

Sed quo tandem rapior, Ampliſſimi patres, inſtitu
ti mei pene immemor?

Petitio Licentiæ ad decoctoratũ, ad D. Marſtallerum vicecancellariũ digniſſimum.

Superest adhuc uobis recenſere, qui me ad pro=
deundum in ſuggeſtum perculerit, nempe præcipuus
bonorum ſtudiorum amor, ſimulq; ut mei facerem ex
perimentum, te præſtantiſſimum uirum, Dominum
Leonardum Marſtallerum, ſacræ Theologiæ Docto
rem, & Gymnasij noſtri Vicecancellarium digniſſi=
mum, ſupplex rogem, ut mihi non dico debitam, ſed
gratuitam ad impetrandam Medicinalem Lauream
decernas Licentiam. Hoc paternitatem tuam (ini=
quam) ſic oro, ut maiore ſtudio, magisq; ex animo ro=

gare.

gare non poßim, quod ſi feceris humanitati tuæ polli ceor, atq; confirmo, me quod modo ætatis immaturitas denegat, temporis progreſſu, intentißima cura, et ſedulitate, uigilantiaq;, ad aſſem olim depenſurum, & exequaturum: Summa dabitur à me opera, ut cũ per ætatem integrum fuerit, tua honorificentia, qua me tanto honore, adeò ſolenniter, & honeſte condecora ſti, ad hominum profluat. Dixi.

IN CELEBERRIMVM Actum, quo & humanitate, & eruditione singulari Ornatissimus Iuuenis, Georgius Khufnerus, Insignia Doctoratus recepit, Congratulatio

IO. LORICHII Hadamarij.

Si bene magnifica cœpit cum laude coronam,
Si prētio nomen clarius ille tulit.
Quisquis in Elæo meruisset puluere palmam,
Seu lucta, aut curru, seu pede uictor erat.
Halticus, & Pyctes, Dromeus, gladiator, Aliptes,
Præmia uirtutis promeruere suæ.
Ornabant alij flauos Iouis arbore crines,
Nonnullis merces splendida Laurus erat.
Victores Apio redimibat Achaia diues,
In Nemæis Pinus gloria summa fuit.
Quis positas statuas, Auri quis pondera multa,
Nesciat egregijs dona fuisse uiris.
Iure igitur decus hoc tribuit tibi Cæsia Pallas,
Et caput insigni uincit honore tuum.
Iustius hæc ueniunt tibi præmia docte Georgi,
Quam cinxit fortis tempora clara Milo.

Tam

Tam iuste nullus titulum sortitur Athleta,
Tam nulli pugili gloria digna uenit.
Pancratij dextris, & solo corpore certant,
Hoc quis opus tandem uilius esse neget?
Omnes Musarum tu culto pectore dotes
Hausisti, quoniam munera Dia tenes.
Hæc grauior longè, magis est ornanda palestra,
Viribus ingenij quæ superare solet.
Vicisti omnigenos infracta mente labores,
Nec piguit cura tædia multa pati.
Otia, blandicias, Venerem, mala pocula, luxum,
Vnus es è paucis qui fugienda putet.
In dubio positum est an uincas moribus artes,
Artibus an mores par ab utrisq; decus.
Doctrinas uno quæ coniunguntur in Orbe,
Prima tibi puero discere cura fuit.
Hinc nostri Latios recte proferre lepores,
Barbarie expulsa uerba diserta loqui.
Tum ualide tua dicta probas, conuincere doctos
Turbam, quæ technis utitur, atq; strophis.
Cuncta etiam lepidis potes illustrare figuris,
Flexaminæ Pithus dulcia uerba tenes.
Hæc ubi sunt studio fundamina iacta fideli,
Conatu aspiras ad grauiora cito.
Intima sacratæ Sophiæ penetralia lustras,
Cuius pars morum facta decora docet.
Altera naturæ inquiris mysteria uafræ,
Artificem è factis comprobat illa Deum.
Talia complexu primis documenta sub annis,

Culmina

Culmina mox celeri tendis ad alta gradu.
Verus, & humani generis ſeruator Apollo,
Nil medica melius præſtitit arte Deus.
Illa tuo placuit diuina ſcientia Cordi,
Hanc tibi perpetua ſedulitate paras.
Omnia Pergamidæ uoluis præcepta Galeni,
Hippocratis Coi dogmata ſana teris.
Morborum magno cognoſcis acumine cauſſas,
Vt cunctis addas Pharmaca docta malis.
Herbarum ſuccos, certa & medicamina noſti,
Quo magna infirmos dexteritate bees.
Sed magis hoc mirum primo ſub flore iuuentæ,
Te res complecti tum potuiſſe graueis.
Cum tibi uix tenera niteant lanugine malæ,
Luſtraq; ſint nondum quinq; peracta tibi.
O quales fructus producet ſerior ætas,
O (ſuperi uitam dent modo!) quantus eris.
Ornabis patriam, cunctos ornabis amicos,
Quorum te cultum fecit utrumq; ſatis.
Hinc tibi purpurei decus hoc inſigne Galeni,
Defert pierij turba ſacrata chori.
Applaudit ſtudioſa cohors, aſſurgit eunti,
O quantum laudis dat tibi læta dies.
Prouenient charis & gaudia quanta propinquis?
Quanta in lætitia uiuet uterq; parens.
Quod ſene de Rhodio ueterum monumēta receſent,
An ne tibi mirum quod uideatur habet?
Tres pater hic habuit præſtanti robore natos,
Pancratio hic clarus, ſed pugil ille fuit.

Tertius

Tertius in lucta consueuit uincere, Lustra,
Cum sua Pisæo sunt celebrata Ioui.
Totaq; spectauit solennes Græcia Ludos
Pignora, & huc genitor chara secutus erat.
Tempore tres iuuenes uictores uidit eodem,
Vna qui Lauarum promeruere die.
Qui patris in gremio meritas posuere Coronas,
Brachia circundant, oscula blanda ferunt.
Lætaturq; simul populus tum floribus ornat,
Festiuis Cœlum plausibus usq; strepit.
Tanta in lætitia, tantoq; in honore sedentis,
Inclusere animam gaudia summa senis.

Io. Khufnerus. D. Medicinæ.

At tu clare parens iuuenis lætare beati
Nomine, tum multos, & bene uiue dies.
Suscipite hunc proceres, clarißima lumina regni,
Quos habet augustus Rex in honore uiros.
Plaudite nunc uestro (sic poscit tempus) amico,
Dignus erit tali nemo fauore magis

Zotthius serenissi. Regia consilijs.

Zotthius hoc faciet, cunctos clarißimus inter
Nestora, qui suasu uincit ubiq; suo.

Dominus Ambros. Morbauuerus.

Et Mornauueræ nitidissima gloria gentis,
Omni qui regnum sedulitate iuuat.

D. Erasmus Haidereich. Georgius.

Haidenreichigena de stirpe insignis Erasmus,
Omni uirtutum munere cultus homo.

Hippius, utriusque Iuris Doctor.

Iusticiæq; sciens, & consultißimus æqui
Hippius, eloquij non minus arte ualens.
Per quorum floret uirtutem Curia Regis,
Cuius sustentat sceptra beata DEVS.
Posthabitis proprijs qui regia commoda tractant,

Præcipua

Præcipua Cura, præcipuaq; fide.
Non alios uellet prudens optare Darius,
Dum munerat ſumptis punica mala Cibis.
Sunt in conſilijs Regi, quod Zopyrus illi,
Vnum qui coluit pro Babylone uirum.
Nec conſultores alios quæſiſſet Atrides,
Vnum dum peteret, negligeretq; decem.
Illi gaudebunt tantis ſucceſsibus omnes,
Fortunamq; uolent amplificare tuam.
Sit licet ampla ſatis, per eos tua gloria creſcet,
Ex Khufnere tuus non morietur honos.
Tu quoq; gaudebis multum Clariſsime Doctor
Agricola ô medicæ maxima fama Scholæ.
Te ſtudio, atq; opera ſic inſtruxiſſe fideli,
Diſcipulum, de te prædicat ipſe libens.
Phyllirides Puerum ſic informauit Achillem,
Atq; Machaoniæ tradidit artis opem.
Mox & Amynterides iuueni præfectus eidem,
Monſtrauit factis iungere dicta bonis.
Tu quoq; res pulchras docuiſti, & uerba, uoluptas
Nunc erit ex illo grata labore tibi.
Deniq; nemo poteſt hæc triſti cernere uultu,
Cuius non nimius pectora liuor habet.
Nunc precor ut (ſine quo nihil eſt fas fidere nobis.)
Cuncta Deus clemens cæpta ſecundet. Amen.

Io. Agricola Medicinæ Doctor, & Profeſſor. Dominus Io.

ORNATISSIMO IVVENI, Georgio Khufnero Rotamõtano, in Medica profeßione Doctoratus Insignia recipienti, Carmen Congratulatorium

Sebastiani Solidi Rhoeti.

TEMPVS erat Tarteßiacis quo mersus in undis,
Tytan, & stabant astra serena Polo.
Fessaq; iam paßim cunctis animalia terris,
Mulcebat serpens molliter alta quies.
Non auis, aut pecudes optata silentia turbant,
Iamq; ager, & sæui iam maris unda silet.
Interea leni perfusum membra sopore,
Curarum domitor, me quoq; somnus habet.
Templa sacri uideor me lucida scandere Phœbi,
Siue fuit fictæ, seu simulachra rei.
Mons illic bijugo contingens uertice Cœlum,
Opposita festus parte Citheron erat.
Nam licuit certis illud dignoscere signis,
Fiebant solito Bacchica sacra modo.
Dispicio tacitus quid & amplius ipse uiderem,
(Huius tam fuerat magna cupido rei.)
Pingere quæ cerno natura uenustius ipsa,
Tam nequit, intuitu mens stupet ipsa suo.
En Phœbus solio residens uenerandus amæno.
Argutum solito Pectine tangit Ebur.

Ausculto

Auſculto ſitiens artis, dulcedinis huius,
(Mens prona in rebus ceu ſolet eſſe nouis.)
Amota dextra plectrum iam ſiſtit Apollo,
Mox & Apollineas iußit adeſſe deas.
Concurrunt omnes, ſuſpenſisq; ora Camænis.
Protinus ex alto ſic ait ille loco.
Magna Iouis ſoboles, uos o mea gloria Muſæ,
Qui ueſtri dicor duxq; paterq; chori.
Noſtrum opus eſt (ſcitis) lepidos effundere Cantus,
Et ſuperis doctos adſimilare uiros.
Noſtrum eſt natum præcingere tempora Lauro,
Lætus ut exornet Pampinus uſq; comas,
Venerit & quiſquis noſtras bibiturus ad undas,
Perpetuum uiuens ſentiat ille decus.
Quare agite ò gratis, charos tueamur alumnos,
Sitq; illis noſtro numine tuta ſalus.
Laudibus at digni multo maioribus illi,
Qui duplici ſtudio munera noſtra colunt.
Quem cupio Iuuenem Cythara, ut decoretis amicum,
Hic fuit & Medici ſedula cura cadi.
Inuentum (ſcitis) noſtrum Medicina putatur,
Hinc noſtri cupidis præmia ferre docet.
Ite igitur dulces Iuuenem obſeruatæ puellæ,
Et partim noſtro ferte labore decus.
Plura Deis cupiens ego carpere uerba loquentis,
Sed uigor externis ſenſibus ipſe redit.
Nox depulſa Polo, Coniunx Tithonia ſurgit,
Et religat roſeis tempora flaua comis.
Clara dies homines opera ad conſueta reducens,

Horatur lepido membra leuare thoro.
Sic postquam pulso melior mens reddita somno est,
Quæ uidi uacua somnia mente puto.
Et tamen infictis animum iuuat esse moratum,
Quæ uidit, repetit mens simulachra prius.
En Iuuenis turba ucheris stipante Georgi,
It tecum effusus ex Helichone chorus.
Ad sacra te docte conducunt Templa Mineruæ,
Pierijs iunctus qua fluit ister aquis.

Ingolstadij duo Collegia

Qua uere gemini parnasii culmina surgunt,
Cecropijq; patent, pulpita docta gregis.
Hic capis in studijs perpessæ præmia Curæ,
Hic ornant teneras turba nouena comas.

Io. Agricola Medicus excellẽtissim⁹.

Hammonius (uerè Medicorum Iuppiter Ammon)
Hic offert Medicæ Laurea signa rei.
Qui quantum reliquos Phœbæa uincit in arte,
Phylliridem mistis æquat & ipse cadis.
Tantum plus uere credas accedere laudis,
A tanto ueniat quod tibi tantus honos.
Gratulor idcirco susceptæ nomina famæ
Grator, tam lætum te tetigisse diem.
Pergas pæonijs nunc tradere Pharmaca succis,
Perge salutifera Pocula ferre manu.
Faxit cœlestis Medicinæ inuentor Apollo,
Talia succedant prospera cœpta tibi.
Tu nunc ô Misomuse uomas, non esse Poetis
Numen, nec Phœbum sensa futura loqui.

DE MVSARVM PROEMIIS

Doctori Georgio Khufnero Ratembergẽsi, apud florentiſsimum Ingolſtadium, 2. die Auguſti collatis, Carmen

Valentini Butzlij Vuangiani.

CARMINA finxerunt (nam fingunt multa) Poetæ, Muſarum varia loca.
Innumeras ſedes, nec loca certa Deum.
Ardua Pimplæi ſacrare cacumina montis,
Pars uoluit Muſis: pars Helycona dedit.
Verticibus celſum bifidis qui tangit Olympum.
Parnaſum Muſis pars facit eſſe domum.
At pars Aoniæ fontes dixere Camœnis,
Placatas ſedes, tuta uel eſſe loca.
Confert tecta domus Muſis ſacrata Cytheron,
Peieriæ ſedem dant nemoroſa iuga.
Sanguine progenuit Cæſa Ceruice Meduſa,
Gaudia Pierijs Bellerophontis equum:
Pegaſei ut fodiat gelidum pedis ungula fontem,
In quo Caſtalides candida membra lauent.
In quo conſideat Lauro redimitus Apollo,
Pegaſidum uoluat ſceptra regenda manu.
In quo Pierides poſſint celebrare Choræas,
His dum concinnat doctus Apollo lyra.
Tot loca finxerunt Muſis nec certa Poetæ,
Aſtrigeri quot ſunt lumina clara Poli.

At ſi dicendi ueſtra de ſede Camœnæ
Ingenium, calamus, linguaq; docta foret.
Et ſi Mellifluis condiret Carmina uerbis
Euterpe: & caneret Cynthius illa Deus.
Carmine narrarem montes, fluuiosq; ſonoros,
Acceptas ſedes, & loca grata, breui.
Adſitis lepidæ dulci rogo Carmine Muſæ,
Vt loca carminibus dicere ueſtra queam.
Tercentum, ſemel atq; ſemel, cum mille ſolebant,
Annos Chriſticolæ connumeraſſe pij.
Luſtra ſemel, ter terq; ſemel iunxiſſe uolebat,
Huic numero ſummi chara caterua Dei.
Cæſaris & quum conuentus Fratrisq; caterua,
Vrbe Ratiſpona relligioſa foret.
Tunc qui Grammaticos inter non ultima laude
Ingenij potuit commeruiſſe loca.
Suſembrotus erat, capiens ſua gaudia uitæ,
Inuida nec filum fata tulere ſuum.
Artibus ingenuis mentes puerique doceret,
Moribus & regeret pectora nuda bonis.
Inter quos primos tibi non poſtremus habebar,
Suſembrote parens ſpes ſtudijq; mea.
Dogmate cum tandem coluiſſes pectora noſtra,
Pierides uideam mittis ut ipſe Deas.
Sic tua iuſſa ſequens, loca quam ſinuoſa pererro,
Caſtalides quæro Teſqua per hirta Deas,
Quo me cunq; fero uideo placidiſſima nuſquam
Muſis barbarie ſed loca plena graui.
Tantundem contingens celebris confinia rura

Inuocatio 1540. Carolus Cæſar inuictiſſ. Ferdinãdus Rex ſereniſſimus Ratiſpona, vrbs Imperialis Suſẽbrotus.

Vlmæ,

Vlmæ, quam rapidis alluit Ister Aquis,
Hinc mea Danubij noti toto orbe fluentis,
Vnda uehit ualido languida membra gradu.
Norica cum tandem uidissem mœnia, ripis
Anglipolim resonis Istridis unda fluit.
Hic dum mansissem, cum nox obscura tenebat
Terras, iam somno lumina fessa iacent,
Omnia quæ semper uigilanti mente reuolui,
(Accidit ut somno) somnia nostra ferunt.
Aonides aderant florentia serta capillis,
Cingentes flauis, pulchra decora suis.
Has facies, oculi, pomosæ in Corde papillæ,
Ornabant Musas, blandidulæq; genæ.
Dependent albo pretiosa Monilia Collo,
Candida purpurea corpora ueste rigent.
His arguta sonant suaui Psalteria chorda,
Cantica concinnit dulcis amica Chelis.
Mellifluas uoces tantas de gutture promunt,
Vt superent Lygiam, Leucasiamq; sono.
In medio Cytharædus adest Tegeæus Apollo,
Carmine Thespiadum qui regit usq; chorum.
Concentus facilem somnum dissoluerat iste
Obstupui, uocem lingua referre nequit.
Ordine stant circum dextra læuaq; Camænæ,
Conijciunt risu lumina nota leui.
Ora tenent tacitæ, iam dulcia plectra silebant.
Delphicus accedens protulit ista Deus.
Excute Corde metus, non Musas, plectra timebis,
Quas placuit rigido quærere monte tibi.

Vlma, vrbs imperialis.
Ister.
Danubius
Noricum.

Apollo.

Hic retineto pedes per montes, saxa, per ignes
Defessos, hic est sæpe petita salus.
Etsi sint alijs (tamen sic gratißima sedes)
Quæ capiant Musæ gaudia multa locis.

Anglipolis. Hoc facit Anglipolis, populus, loca, flumina, Reges
Relligio, pietas, dosta Caterua uirum,
Vrbs antiqua facit, iam multos firma per annos,
Quæ potuit longa consenuisse die.

Danubius. Danubius rapidis toti notißimus Orbi,
Alluit hanc undis, mœnia tuta facit.
Circumfusa ruunt spaciosi iugera campi,
Obstant nec syluæ, mons nec anchelus adest.
Incola fortis amat fortunam Martis, & audet,
Hosti belligero conseruisse manus.

Boiaria. Anglipolis, Laus. & encomium Boiorum Guuilhelmus, vtriusque Boiariæ, Dux, & Comes Palatinus. Boica cum tellus bello uicina periret,
Ausa est Anglipolis Martis obisse mala.
Hic quoq; (ut est toto consistens maxima Regno
Boiorum) pietas, relligioq; fides.
Et populo tanto celebris stat gloria Regni.
Vita Ducis populo relligiosa patet.
Principibus claro ter magnus stemmate natus.
Guuilhelmus plebem hanc relligione regit.
Emporium statuit Musis, quo prœmia largo.
Anglipoli cornu docta corona ferat.
Digna uolunt Musæ hic studij cognoscere fructus.
Prœmia Palladijs propria ferre uiris.
Munera depromunt doctis suauißima cornu,
Hic studijs æqua prœmia lance ferunt.
Hic est uera domus, Musis gratißima sedes,

Hic poteris doctas excoluisse Deas
Delphicus ista Deus dixit: Tunc omnis imago,
In umbras uisa est euanuisse leues.
Interea cum mente mea sic uoluo sopores,
Tunc aurora suos rubra colorat equos.
Eripior lecto: Studiosam quæro cateruam,
Colligo Mœonijs munera multa Dijs.
Sic ubi præterijt triplex mihi fertilis annus,
KHVFNERVM Musæ condecorare suum.
Huius ut ornata tituli Medica arte celebres,
(Certarunt Musæ) conspicui esse queant.
Munera confusto confundunt ordine cuncta,
KHVFNERVS meus est: Ora nouena ferunt.
Vna comas comit, pictas facit. una coronas:
Tertia fert flores, Puniceasq; Rosas:
Vt semper blandis spirarent floribus Aræ,
De Calathis uiolas spargere quarta solet:
Annulus exornat, superans spetiosa Metalla,
Articulos manuum, quem sibi Quinta dabat.
Arte laboratas uestes dat Sexta sororum,
Dependent humeris Ostra corusca suis:
Aurata lumbos Zona nunc Septima cingit:
Octaua & Capiti iam Diadema dabat:
Doctoremq; nouum deducit Nona Dearum,
Ad uirides hortos: Talia uerba facit.
Carpemus sociæ uos ò dulcißima Poma,
Carmine lætemur, blandidulisq; iocis.
Tu Cythara Cytharede ueni, fidibusq; sonoris,
Doctori Carmen pandito dulce nouo.

Nouem Musarum officia.

Sed

Sed ſaltum primus Cytharædi ad plectra GEORGEI
Ducito, me preßit cum tua iuncta manus.
Ordine deducat ſic ſaltus quæq; ſororum,
Accreſcatq; leui blanda Choreæ pede.
Exhylarant animos, cognoſcunt gaudia, cunctis
Concentum, riſum, frons ſibi læta tulit.
At cum ſolis Equi properant ſe tingere uasto
Oceano, quæuis oſcula Muſa dedit.
Et longum dixiſſe uale: dextramq; præmere
Optat, & exoptat multa beata uiro.
Quæ tibi Rex Cœli, Terræ, conferre Georgi
Dignetur, uitam dirigat atq; tuam.

AD ORNATISSIMVM IVVENEM, Georgium Khufnerum Trochoreũ Medicinæ Doctorem, Carmen Gratulatorium.

Vitalis Gmelichij Salisburgenſis.

Si mea cum multis ualuiſſent uota Georgi,
Cui doctum cingunt florida ſerta Caput.
Gaudia nunc animi plena, & perfecta uoluptas,
Hæc foret, ut mittam cætera quæq; libens.
Nanq; tui laudes cupiebam nominis, atq;
Ingenij dotes enumerare bonas.
Sed qui Carminibus uenam largitur Apollo,
Non uoluit cæptis mitis adeſſe meis.

Nam

Nam calamo postquam conabar scribere sumpto,
Sume tuis dixit uiribus apta magis.
Propterea merito Iuuenis Doctißime tristor,
Irrita tam iustæ uota fuisse rei.
Addere pauca tamen libet, & quæ suggeret illa,
Quæ capit à placido nomen amore sibi.
Partim quo nostrum tibi confirmemus amorem,
Qui nunc ex isto tempore maior erit.
Partim quò uideas me, qui grauiora petebam
Auxilio Musas distituisse pio.
Principio longum te iam superasse laborem,
Lætor, & ut soleo prospera multa precor.
Quodq; tuis spirat felicior aura Camœnis,
Quas per arenosas Ventus agebat Aquas.
Quod uelut emeritus per tela per omnia miles,
Vicisti, & statuis læta trophœa semel.
Gratulor, & mentis lætißima gaudia pando,
Sufficiat pectus, si minus ista loquor.
Te tua conspicuo Virtus decorauit honore,
Crede satis tanto munere dignus eras.
Dignus eras quoniam celebri pro nomine fesso
Sæpe labor somnum sæpe fugauit opus.
A superis illud, qui non pia uota recusant,
Quos iuuat exiles sustinuisse, peto.
Hic uirtutis bonos qui nunc tibi cessit habendus,
Vt tibi sit faustus perpetuoq; tuis.
Et quoniam ante annos animum retinere uirilem,
Diceris, auspicio perfice cuncta bono.
Vtere concesso diuina munere sorte,

Ne uacuum iaceat ceu ſine mente domi.
Te medicam patriæ, ſimul & ſeruabis amicis,
Et quos ægroto Corpore languor habet.
Frigidus infecto cum turbat ab æthere mundum,
Saturnus, populos exitioue premit.
Tempus erit, præſtet miſeris tua dextra leuamen,
Sentiat auxilium morbida turba tuum.
Scis bene quod Medicum triſtes auertere morbos,
Et deceat uires arte parare nouas.
Et quo plus prodeſt, tanto quoq; maior habetur,
Crede mihi, ſimilem ſe facit ille Deo.
Namq; Deum ueteres iſta ratione uocarunt
Vt qui ſeruaret nomine, req; ſuos.
Cauſa quidem propior Deus eſt, curatio certa:
Scilicet in cunctis ipſe miniſtrat opem.
Sed tamen, ut fiant ſibi quæ facienda uidentur,
Hic inſtrumentis utitur ille ſuis.
O nimium fœlix, & ter, quater uſq; beatus,
Cui datur à ſummo gratia tanta Deo.
Te quoq; fœlicem, te (ſi placet) aſſere fauſtum,
Ante fores etenim ſunt ea dona tuas.
Sæpe ad te luctu uenient de nocte grauati,
Perdita ſi morbis membra leuare queant.
Te ſurgente die, te decedente reuiſent,
Hic æger requiem, cætera quæret inops,
Nota domus cunctis, eris & notiſſimus Vrbi.
Ad ſedes current plebſq;, patresq; tuas.
Illic conſilijs, illic ratione ualere
Proderit, & Medicos euoluiſſe bene.

Forſitan

Forſitan occultas etiam diſquirere cauſſas,
Non erit officij pars negligenda tui.
Hinc bene perſpicies quo ſit Medicina paranda,
Aut quo ſint ægris Pharmaca danda modo.
Hæc quia peruigili didiciſti cuncta labore,
Iure tenes dura dona petita uia.
Nam ſtudij teſtem, pretium, ſolatia, longi
Doctoris titulum non ſine laude geris.
Sic hodierna dies patriæ, clariſq; propinquis
Te notum reddet, conſpicuumq; ſatis.
Gaudeat ipſe pater, qui te iuuenilibus annis
Doctorem Doctor cernere rite poteſt,
Quid magis exoptet quam quod tua nomina tandem
Audit nominibus conſociata ſuis?
Ergo age prodi, ne dubites, imitare parentem,
Exemplo poteris uix propiore frui.
Incipe, conſerua miſeros, ſolare dolentes,
Sedulus arte iuua, conſule, ſpeq; foue.
Non res exigua eſt ſæuos depellere morbos,
Hinc nunquam pretio, nec quoq; laude caret.
Conualeant opto qui ſe ad tua limina uertunt.
Auſpice ſuccedant omnia rite Deo.
Ipſe tuum fortunet iter, dux, author Apollo,
Atq; ſua doctas inſtruat arte manus.
Sic tua poſt uitam durabit fama ſuperſtes,
Inq; ſinu longæ poſteritatis erit.
Interea ardenti nos uoce precabimur omnes,
Vt ſana poſſis uiuere mente. Vale.

IN HVMANISSIMI Doctissimiq; Iuuenis Georgij Khufneri actum Carmen Congratulatorium

Adolphi Occonis Augustani.

QVAS referam laudes, aut quæ præconia dicam,
Nomine quæ tanto te quoq; digna forent.
Nunc precor hæc adsit nostris industria Musis,
Possit ut elogijs digna referre tuis.
Sed mihi deficiunt Versus, laudes quoq; iustas
Vllo non poterit dicere Musa modo.
Attamen experiar num possit nostra Camæna.
Promere de studio paucula uerba graui.
Tempore quos notum est te sustinuisse labores,
Non paruo, haud aliquis commemorare potest.
Ergo tibi primum teneros ut egressus es annos.
Ingenium, ac artes docta Thalia dedit.
Successu fausto post auspicijsq; secundis,
Mox sua Pierides dona dedere tibi.
Accessit postquàm Puero tibi grandior ætas,
Atq; ea sunt animo condita rite tuo.
Mox tua cura fuit Medicinæ dogmata sancta,
Discere, quo morbis certa medela foret.
Quid namq; hoc studio melius, seu dignius usquam,
Quod parat immensum, conciliatq; decus?
Nam medicina suo nunquam priuatur honore,

Laus

Laus hanc perpetua, & non moritura manet.
Hæc fert auxilium miseris, sæuosq; dolores
Eijcit, atq; ægris Corpora sana facit.
Hac patriam potes ipse tuam, carosq; parentes,
Seruare à multis, perpetuisq; malis.
Hactenus arte tuum pectus medica excoluisti,
Omnes quæ morbos cum ratione fugat.
Nunc ergo expectant pulcherrima proemia dignum,
Cultorem, & magnus te comitatur honos.
Mox & Apollineæ Doctor celeberrimus artis
Diceris, nomen quid sine fine manet.
Dum tua constabunt in corpore membra uenusta,
Dum reget hos artus spiritus, atq; uigor.
Permanet interea laudandum in corpore nomen,
Tanta etiam tua laus perpetua esse solet.
Quas modo delicias, immensaq; gaudia prebes,
Huic tibi qui propius, sanguine iunctus adest.
Delectant patrios hæc uerè gaudia uultus,
Delectat matrem gloria tanta tuam.
Fortunet cœptum summi fabricator Olympi,
Omnia qui nutu temperat, atq; regit.

FINIS.

APVT I. de Tumore, & Apostemate Gingiuarum, & Spasmo Cordarum Maxillarum, in ortu Dentium. fol. 10
Caput II. de fluxu uentris. 12
Caput III. de Constipatione uentris. 12
Cap. IIII. de uesicis quæ nascuntur in Gingiuis. 14
Cap. V. de Spasmo, & primo de spasmo ex Repletione. 16
Cap. VI. de Tethano, & primo ex Repletione. 17
Cap. VII. de Tethano ex Inanitione. 18
Cap. VIII. de Tussi Catharrali. eodem.
Cap. IX. de difficultate Anhelitus. 20
Cap. X. de Alcola Infantium. 21
Cap. XI. de fluxu Humoris ab Aure Infantis. 23
Cap. XII. de dolore Auris à uentositate, & humiditate. 24
Cap. XIII. de Apostemate Cranei, in Capite Pueri. 25.
Cap. XIIII. de Aqua quæ nascitur in Capite pueri. 26.
Cap. XV. de Inflatione Oculorum. 29
Cap. XVI. de Albugine Oculi. 30
Cap. XVII. de Febre Infantium. 30
Cap. XVIII. de dolore uentris. 31
Cap. XIX. de Sternutatione continua. 32

Cap.

Cap. xx. de Bottor. 33
Cap. xxi. de Tumore Inguinum. 36
Cap. xxii. de Apostemate umbilici, & eius Tumore in Puero. 38
Cap. xxiii. de uigilijs Infantium. 39
Cap. xxiiii. de Singultu. 40
Cap. xxv. de uomitu superfluo. 42
Cap. xxvi. de debilitate Stomachi. 43
Cap. xxvii. de Somnis terribilibus. 44
Cap. xxviii. de Apostematibus accidentibus intra os, & guttur, & dicitur Synanchis. 45
Cap. xxix. de Oregmone, quando Puer dormit, aliâs Oscitantia. eodem.
Cap. xxx. de uentositate Infantis, in Capite. 46
Cap. xxxi. de Exitu Ani, seu Intestini. 47
Cap. xxxii. de Tenasmone. 48
Cap. xxxiii. de Vermibus. 49
Cap. xxxiiii. de Excoriatione Coxarum. 51

MORBORVM CVRATIONVM, in Epithome contentorum Elenchus, Alphabetico ordine digestus.

A.

Alui omnigenorũ morborũ,(qualia sunt,Constipatio, profluuium,Torsio,dolor,durities)remedia fo. 52
Auricularis morbi remedia. 60
Ani omnium uitiorum(ut pote,Exitus,Abscessus,pruritus, Sycoses, seu Ficus, Dolor, Inflatio,Intertrigo, Cancer) medelæ. eodem,
Anodyna. 64
Alarum Excoriationis Remedia. 74
Abscessuum, & Apostematum quorumlibet medicationes. 82
Anginam auferentia pharmaca. 87
Ancynoglossæ Cura. 104
Aphthas tollentia medicamina. 111
Asthmatis medelæ. 114
Ambustorum Remedia. 119

C.

Capitis omnigenorũadfectuũ(qualis sunt,Syriasis,hoc est ardor Capitis, pityriasis, seu Porrigo, phthyriasis,Tineæ,dolor & calor Capitis)medicationes. 67
Cosmatica(qualia sunt,Capillorum nutritio, Tinctura,Glabricies,lendines, corrosio) remedia. 70
Cardiacæ,& Cordis Tremoris Cura. 71
Caloris innaturalis medelæ. 73
Coxarum Excoriationis medicamenta. 74

Cadu=

Caduci morbi Remedia. 80
Cutim dealbantia, clarificantia, decorantia, & colorantia Remedia. 86
Colli morborum (ut sunt, Botium, uerrucæ, & similia) Remedia. 88
Chachexiæ Cura. 98
Cõsumptione corporis emẽdãtia medicamina. eodẽ.
Calculum, tam uesicalem, quam Renalem conterentia pharmaca. 108
Combustorum medelæ. 119
Catarrhum emendantia Remedia. 120
Colis defectus (ut sunt, Durities, Dolor, Abscessus, Tumor, & similia) medelæ. 128

D.

Dysenteriæ Cura. 58
Dentionis, & Dentium doloris medelæ. 75
Dossi morborum, (quales sunt, lapsus, præcipitatio, uerrucæ, & similia) remedia. eodem.
Dracontiorum, siue Dracunculorum Cura. 79
Diabetis Remedia. 155
Dyssuriæ medelæ. 157

E.

Excoriationis cuiuslibet medelæ. 74
Epilepsiæ Cura. 80
Elcosis, siue Exulcerationis cuiuslibet partis remedia. 81.
Exanthematum medicationes. 82
Eruptionum quarumlibet medicamenta. eodem.
Extuberãtiæ omniũ corporis partiũ medicami. 103

F.

Fæmorum Intertriginis, paratrimatum & Exulcerationis Cura. 81
Faciei omnium uitiorum (ut sunt, maculæ, Morphea, dealbatio, decoratio, Clarificatio, & Coloratio Faciei) remedia. 83
Faucium uitia (ut sunt, asperitas, exulceratio, Abscessus, & huiusmodi) emendatia Pharmaca. 87
Febrium omnigenarum, earundemq; æstus Cura. 92
Fluctionis, seu Rheumatismi Remedia. 120

G.

Gingiuarum morborum medelæ. 76
Gutturis defectuum Cura. 88
Genarum uitiorum (scilicet, tumor, dolor, pustulæ) Remedia. 95
Gangilij medicatio. 120
Genitalium, Tumoris, Pruritus, & abscessuum medicamenta. 128

H.

Heresypelatis Cura. 96
Herinæ medelæ. 97
Hecticæ medicamina. 98
Herpetis Remedia. 127

I.

Impetiginis Remedia. 102
Iliacæ Cura. eodem.
Inflationis omnium partium medelæ. 103
Intoxicationis medelæ. 112

L.

Labiorum fissuras, pustulas, & alias incommoditates tollentia pharmaca. 75
Linguæ Tumores, extuberantias, ardorem, ulcera, Abscessus, Ranulam, & similia, auferentia medicamina. 104
Lapidem Renalem, Lumbalem, & uesicalem confrigentia Remedia. 108
Lumbricorum Infantium medelæ. 144

M.

Morbillorum Cura. 83. & 151
Maxillarum dolorem, Tumorem, & pustulas auferẽtia medicamenta. 95
Maciei, macredinis, & macilentiæ remedia. 98
Membrorũ Extenuationẽ emẽdatia pharmaca. 109
Marasmi Medelæ. 118

N.

Narium fluxui sanguinis, & obstructionibus conferẽtia medicamenta. 110

O.

Oris defectum (quales sunt, ulcera, Ostocopus, Cancer) remedia. 111
Oculorum dyscrasiarum (ut sunt, ardor, punctio, dolor, tumor, lachrymæ, pruritus, humor, hebetudo, Cæcitas, obscuritas) medelæ. 137

P.

Pustularum Cura. 76
Palati ulcera, & alios eius morbos curantia pharmaca. 88
Phthysis medelæ. 98. & 118

Pestis

Pestis Remedia. 112
Pectoris obtusitati, strictura, & alijs eius morbis cõpetentia medicamina. 114
Pulmonis morbos curantia pharmaca. eodem.
Præcordiorum incommoditatibus conferentia medicamenta. eodem.
Peripneumoniæ Cura. 115
Plethoriæ medelæ. 118
Pyricauta medicamenta. 119
Prurituum Cura. 128

R.

Rupturæ medelæ. 97
Rheumatismi Cura. 120
Raucedinis Remedia. 121
Ramicis medicamenta. 122

S.

Synanchis Cura. 90
Stomachi dyscrasias (ut fastidiũ, Vomitus, Nausea, Reiectio, debilitas, Ructus) curãtia medicamina. 123
Sitim restinguentia pharmaca. 124
Singultum auferentia remedia. eodem
Sternutationis remedia. 125
Spasmi Cura. 126
Serpiginis remedia. 127
Splenis morborum Cura. eodem.
Scabiei Remedia. 128
Somni incommoditates tollentia Remedia. 139
Stranguriæ Cura. 157

T.

Tho=

Thoracis morborum Cura. 114
Tabis Cura. 118
Thetani Remedia. 126
Tumorum omnium Cura. 128
Testiculorum scilicet, Abscessuum, duritiei, & Tumoris Cura. eodem.
Tibarium Tumori, duritiei, & Abscessibus competentia pharmaca. eodem
Tenasmi Cura. 131
Tussis Remedia. 132

V.

Variolarum Remedia. 83. & 85
Ventris Inflationibus, & extuberantijs, alijsq; eius morbis conferentia medicamina. 103
Viscerum morborum Remedia. 114
Vrinæ nimietatis, & defectus Remedia. 155
Visus incommoditatibus (ut pote, ardori, punctioni, dolori, Tumori, lachrymis, pruritui, liquorib. hebetudini, obscuritati, Cæcitati) conferentia Pharmaca. 137
Ventriculi fastidio, Vomitui, nauseæ, reiectioni, debilitati, ructibus conferentia medicamenta. 123
Vermium Remedia. 144
Vigilarum Remedia. 139
Vomitum curantia pharmaca. 141
Vmbilici Eminentiæ Cura. 142
Vlcerum Remedia. 148
Venenorum Antidota. 112